NAZ.
I

LVIII
B
36

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LVIII
B
36
NAPOLI

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

GRAECORUM
SIGLAE
LAPIDARIAE

A MARCHIONE

SCIPIONE MAFFEIO

Collectae, atque explicatae.



VERONAE. MDCCXLVI.

Digitized by Google

ANTIQUITATIS

SOLIDÆQUE ERUDITIONIS

AMATORIBUS

JULIUS CÆSAR BECELLIUS

VERONENSIS.

AD complementum ſuum pervenit tandem non ſolum omnigena antiquarum Inſcriptionum, & anaglypticorum marmorum collectio, quam Scipio Maffeius Marchio nec labori, nec ſumptibus parcens triginta & ultra ab hinc annis incoeperat, ſed etiam nobilis atque opportuna tot cimeliorum collocatio. Muri ſiquidem circum circa magnum Veronenſis Academiæ cavædium ſunt erecti, atque in eis ordinatim inſerti eruditi lapides, non ad maiorem altitudinem quam commode legi poſſint. Ante illos clariſſi-

morum virorum collatione, & impenſis exſtructa, Dorica porticus quinquaginta columnis ſubnixa pluviam arcet, & harum rerum ſtudioſis operimentum, atque honeſtum receptaculum præbet.

Poſtquam Muſeum ita conſtitutum eſt, plurimis quotidie poſtulationibus collector excitatur, ut tot, tamque præclara monumenta in lucem coniunctim edat, & publici iuris faciat. In eo totus iam eſt. Cum prodibit opus, mirabitur profecto quicumque has delicias amat, ac novit, quomodo potuerint Græcæ Inſcriptiones uſque ad numerum centeſimum coacervari, Romanarum cuiuſcumque generis, ut ita dicam, innumeræ, Chriſtianæ quoque, & medii aevi plures, Etruſca monumenta ſelecta XXV. Arabicæ inſcriptiones IV. & vetera anaglypha ultra centum. Non hæc tamen ſolummodo monumenta continebit liber, ſed iis ampliſſima aliarum Inſcriptionum collectio ſociabitur, quibus

tuto

tuto inniti poterunt docti, namque extare, & genuinas eſſe Maffeius teſtari poteſt, atque aſſerere, cum viſæ omnes ab eo & expenſæ, & ſive ſua, ſive Achatis ſui Franciſci Seguierii manu tranſcriptæ ſint. Quatuor alia præſertim huiuſmodi Muſea præſtantiora exhibebit liber: nempe Taurinenſe, cujus Maffeius ipſe auctor olim, & ordinator fuit; Vindobonenſe, quod eiuſdem ſuggeſtione atque hortatu congeſtum eſt; Capitolinum maximum, quod augetur adhuc, & amplificatur in dies, collectumque ac ſervatum in Collegio Romano Patrum Societatis Jeſu. Taurinenſes quidem inſcriptiones digeſſit Maffeius, & illuſtravit, ſimulque anaglypha omnia incidi fecit eo ipſo anno, quo Muſeum conſtruxit, omnia ſtatim editurus; ſed novis negotiis in dies implicitus editionem ſemper diſtulit. Plurimæ demum Inſcriptiones inſuper adducentur ad hanc uſque diem ineditae, quas in regionibus variis

editor ſparſim reperit, ſeu noviter detectas, ſeu numquam animadverſas, aut agnitas.

His monumentis omnibus peramplus præmittetur Tractatus de Notis, ſeu compendiis, quibus antiquæ Inſcriptiones abundant. Libri huius Præfationem recitavit nuper Marchio Maffeius erudito amicorum coetui: ex qua cum audierimus, Græcorum quoque ſiglorum explicationem in eo Tractatu recenſeri, quam ad hanc uſque diem a nullo volumine, & ab Antiquario nullo haurire poſſumus, petiimus ſtatim, ut breviuſculam hanc operis partem amplius non ſupprimeret, ſed ut in anteceſſum vulgari permitteret. Cui petitioni cum libenter annuiſſet, fieri enim ſic poſſe aiebat, ut vel de errore aliquo a viris doctis admoneretur, vel ſubſidio iuvaretur aliquo, ego eam provinciam ſuſcepi, & libelli editionem procuravi, titulum generalem præmittens, & eam quoque Præfationis partem, quæ ad integrum ſiglarum Tractatum

per-

pertinet. Ab hodierno typographorum more abſtinui, qui nonniſi latiſſima papyro, & amplis voluminibus quæcumque ſcripta nobis exhibent, ut majorem pecuniam corradant, maximum literatorum incommodum nihil veriti, atque exiguorum librorum elegantiam peroſi, & commodum auferentes. Numeri, quibus in ſiglarum catalogo Inſcriptiones denotantur, ii ſunt, quibus in earum editione ſignatæ erunt.



NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del P. *Fra Girolamo Medolago Inquiſitor del S. Ufizio di Verona* nel Libro intitolato: *Graecorum Siglae Lapidariæ, a Marchione Scipione Maffeio collectae, atque explicatae*. non v' eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario noſtro niente contro Principi, e buoni coſtumi, concediamo Licenza ad *Agoſtino Carattoni Stampator di Verona*, che poſſa eſſer ſtampato: oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle publiche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 28. Marzo 1746.

Gio. Emo Proc. Rif.
Alviſe Mocenigo Proc. Rif.

Regiſtrato in libro a c. 32. al n. 179.
Mich. Ang. Marino Seg.

Si-

SIGLAE LAPIDARIAE

Hoc eſt

COMPENDIORUM SCRIBENDI,
Quae in antiquis Inſcriptionibus
cum Latinis tum Graecis
occurrunt, recenſio,
atque explicatio.

PRAEFATIO.

JUcundiſſimam, & quae ad omne eruditionis genus mire conducit, antiquarum Inſcriptionum perſcrutationem, tractationemque aggredienti, nihil eſt quod magis obſtet, ac plus negotii faceſſat, quam *Siglorum obſcuritates*, ut

Digitized by Google

Juſtiniani verbis utar, & compendia in eiuſmodi monumentis adhibita. Veteres vel ſingulariis literis, vel prioribus tantum ſyllabis verba, & dictiones integras ſaepiſſime ſignificabant; quamobrem quae verba lateant, & quaenam ibi dictiones eruendae ſint, aliquando etiam inter exercitatos ambigitur. Profecto ſi quis quantum aliquis in re antiquaria profecerit experiri velit, iſtiuſmodi mutilationes, quae nequaquam tritae ac pervulgatae ſint, proponat interpretandas. Romani quidem non in titulis ſolummodo, ſed & in *Pontificum monumentis*, *iuriſque civilis*, *atque hiſtoriarum libris* contractionibus his utebantur, quod Valerius Probus in libelli ſui prooemio nos docet. Propterea eximius iſte Grammaticus, quem Gellius pluries laudat, ad ea colligenda, atque interpretanda priſcis iam temporibus admovit manum.

Antequam progredior, cur me *de Notis* acturum haud profitear, rationem reddere, erroremque liceat a-

nimad-

nimadvertere ob varium nominis uſum, apud illos qui hac de re verba faciunt, ſubortum. Quamvis enim hae quoque contractiones ſub Notarum nomine quandoque veniant; ita ut Probus ipſe libellum ſuum *De Notis Romanorum* inſcripſerit, atque *inciſa Notis marmora publicis* memorarit Horatius; tamen proprie ac ſtricte notae ſigna ſunt, & characteres peculiares ab iis, quibus ſcribentes utimur, differentes. Hinc Sidonius ut rem expediret, librariis dictabat, *qui comprehendebant Signis, quod Literis non tenebant*. Propter nominis ambiguitatem ad Virgilii verſum, Lib. 9. ep. 7.

foliiſque notas, & carmina mandat, Aen. lib. 3.

haec habet Servius: *ſcripto aut Signis, ideſt quibuſdam notis, ut in obeliſco Romae videmus: vel ut alii dicunt, notis literarum, ut per unam literam ſignificetur aliquid*. Feſtus quoque: *Nota nunc ſignificat ſignum, nunc literas ſingulas, aut binas*. Hinc optime Urſatus in Commentarii ſui *de Notis Romanorum* praefatione. *Notas appello Pro-*

bum ſecutus, qui improprie Notas dixit, quae erant verba contracta, aut ſingulares literae. At monebat Probus, *circa perſcribendas, vel paucioribus Literis notandas voces* ſtudium neceſſarium eſſe. Diſerte iuriſconſultus Paullus:
D. lib. 37. t. 1. l. 5. *Notis ſctiptae tabulae non continentur edicto, quia notas literas non eſſe Pedius ſcripſit*: Sextus hic Pedius multoties in Pandectis laudatur. Quae vere erant Notae, Graece σημεῖα vocabantur. Σημειογράφος in Gloſſis redditur *Notarius*: at qui communibus ſcribebant literis, καλλιγράφοι erant ſi maioribus, ταχιγράφοι ſi celeribus: magnopere ſiquidem decepti ad hanc ferme diem ſumus, qui tachigraphos Notis uſos eſſe credidimus; cum ea ſcriptura uterentur, qua curſim ſcribebant Romani; cuique immerito modo Gothicae, modo Langobardicae, modo Saxonicae, modo Francogallicae nomina ſunt impoſita, ut in
Pag. 57. Opuſculis *Hiſtoriae Theologicae* aliquot ab hinc annis a typographo adiectis perſpicue, ni fallor, oſtenditur.

Pro-

Probe Lipſius de compendiariis fi-
guris accepit Laertii verba in Xeno-
phonte : ὑποσημειωσάμενος τὰ λεγόμε-
να . Eodem modo intelligendus eſt
Plutarchus , cum Ciceronem narrat,
docuiſſe ſcribas ſignis uti , *quae pau-* *In Cat. Utic.*
cis & brevibus figuris multarum lite-
rarum vim continerent : σημεῖα προδι-
δάξαντος ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις
πολλῶν γραμμάτων ἔχοντα δύναμιν· ad-
ditque, eo tempore nondum Roma-
nis uſui fuiſſe τȣ̀ς καλȣμένους σημειο-
γράφους . De iiſdem intelligendus Dio,
cum Moecenatem tradit primum ση- *Lib. 55. p. 553.*
μεῖα τινὰ γραμμάτων πρὸς τάχος *ſigna*
quaedam literarum ad celeritatem repe-
riſſe. Hieronymus in Chronico: *M. Tul-*
lius Tiro Ciceronis libertus , qui primus
notas commentus eſt . Mancipiorum ta-
men non ingenuorum ea commenta
fuiſſe , monuit Seneca : ſed aliquo oc- *Epiſt. 90.*
cultae ſcriptionis genere Tullium ip-
ſum uſum aliquando eſſe, locus eſt qui
doceat in epiſtolis ad Atticum : *quod* *Lib. 13.*
ad te de decem legatis ſcripſi , parum
intellexti credo , quia διὰ σημείων *ſcri-*

pſe-

Digitized by Google

pſeram. At in univerſum colligere poſſumus, fruſtra in rem noſtram communiter adduci Tironem Ciceronis, Aquilam Moecenatis libertos: illorum enim induſtria verborum ſigna quaedam aut invenerat, aut didicerat, quibus loquentium properantiam ſuperantes,

Manil. lib. 4. *Exciperent longas nova per compendia voces*.

Idem Seneca ibidem: *quid loquar verborum notas, quibus quamvis citata excipiatur oratio?* D. Baſilius: σημέιων χρῄζουσιν, ἵνα ἱπταμένων ἀυτῶν λάβῃ τὸ τάχος ὁ γράφων· cum verba natura ſua volent, *notis utuntur, ut volantium celeritatem aſſequatur qui ſcribit*.

Epiſt. 178.

Epiſt. 117. Eapropter D. Hieronymus *ſigna, & furta verborum* notas concinne appellat. Unde autem, Ennium *mille & centum inveniſſe*, & collegiſſe *quinque millia* Senecam, hauſerit Iſidorus, profecto ignoro. Notae in lapidibus noſtris utique dici poſſint ✕ pro *denariis*, 7 pro *centuria*; nequaquam vero ſi proprie & ſtrictius loqui-

quimur, cum ſyllaba, aut communis *litera verbum eſt*. Ad contractiones, de quibus acturi ſumus, multo minus referri debet, quamvis ea quoque huc pertrahatur a multis, occulta, & permutato literarum ordine arcana ſcriptio, quam in epiſtolis adhibuerunt quandoque, Caeſar, quod Gellius memorat, & Auguſtus, quod a Dione traditur. Notae quidem, quae Tironis, ac Senecae praefixis nominibus ad Gruteri calcem exhibentur, quibuſque in veteri editione doctae Petri Bembi, & Juſti Lipſii praemiſſae fuerant epiſtolae, quantum a compendiis, quae modo perſequimur, diſtent, quilibet intueri poteſt. Sinenſia profecto σύμβολα perlegere, ac perſcribere citius diſcas. Ego vero illud noſtris peculiare nomen conſtitui, quo Juſtinianus Imperator uſus eſt, cum Pandectas iuſſit, *non per Siglorum captiones, & compendioſa aenigmata conſcribi, ſed per literarum conſequentiam explanari*. Sic habetur in Praefatione prima Digeſtorum.

Manil. lib. 4.

Gell. l. 17. *c.* 9.

Ha-

Habetur rurſus in ſecunda : *poenam falſitatis conſtituimus adverſus eos, qui in poſterum leges noſtras per Siglorum obſcuritates* auſi fuerint *conſcribere ; omnia enim*, ideſt *& nomina prudentum, & titulos, & librorum numeros per conſequentiam literarum volumus non per Sigla manifeſtari*. Sigla vero & non ſigna ibi legendum eſſe, abunde probat Praefatio tertia Graece prolata, in qua eadem praeceptio iteratur κατὰ τῶν σημείοις τισὶν ἐν τῇ γραφῇ χρωμένων, ἅπερ σίγγλας καλοῦσιν· *adverſus in ſcriptura quibuſdam ſignis utentes, quae Singlas vocant*. Diſcimus hic, uſitatum id nominis fuiſſe, quamvis apud auctores non perennaverit; diſcimus, tum *ſigla*, tum *ſiglas* dici conſueviſſe, quemadmodum menda, & mendas; ac diſcimus, Graecos a Latinis vocem mutuatos eſſe, *ſinglas* enim quid aliud eſt quam *ſingulas*, & quid *ſinglae* ſunt niſi *ſingulae*? prior ſcilicet tantum-

Lib. 17. *c.* 9. modo dictionis litera ſaepe ſcribebatur. *Singulariae literae* a Gellio ap-

pel-

pellantur. *Singulae quid ſignificarent, in promptu erat*, ait Probus. Si quis vero Sigla a *Saxonico ſegl*, *vel a Teutonico ſeghel* mirifice deducere potius amet; genio indulgeat ſuo. Praefationes antedictae, quarum ſecunda obſcuro & nequaquam competenti *Epiſtolae*, vel *Orationis ad Anteceſſores* nomine laudatur in hoc propoſito a pluribus, in primo Codicis libro denuo afferuntur. Etiam in Novella CVII hereditatis uncias non *per numerorum ſymbola ſed literis omnibus δι' ὅλων γραμμάτων declarari*, praecipit Imperator. *Cang. Gloſſar. in Sigla.*

Compendia ergo, quae vel priori tantum litera, vel dictionis parte conſtant, Valerius Probus, cuius alium etiam *commentarium ſatis curioſe factum de occulta*, nempe tranſpoſita, *literarum ſignificatione* memorat Gellius, digerere, atque interpretari primus aggreſſus eſt; non illa tamen ſolummodo reſpiciens, quae marmoribus, aut aereis tabulis mandabantur, ſed etiam quae voluminibus di- *Scrivere in cifra.*

verſique generis monumentis. De huius Grammatici patria nihil umquam auditum, neque enim de Berytio Probo hic agitur. Quid ſi Veroneaſem dixero? quae non improbabilem coniecturam reddant, propono. Siglas recenſet aliquas, quae non niſi Veronae viſae uſquam ſunt: hanc praeſertim R. VER. Explicatur in quibuſdam Probi editionibus *Rurum Veronenſium*, in aliis *Rerum*. Neutram ab illo interpretationem proceſſiſſe opinor, neutrum enim verbum in veteri ullo marmore breviatum invenias; & ab interpolamentis aliquot immunis liber non eſt. R in lapide iſto *Reipublicae* nomen connotat, quae contractio inſcriptionibus conſueta neutiquam fuit, uniceque habetur in Veronenſi illa, ubi Trophimus quidam RESTITVTOR. R. VER. hoc eſt *Reipublicae Veronenſis* nuncupatur. Cur autem lapicida literam praetermiſerit, cum *Reſpublica* per R. P. perpetuo in monumentis omnibus deſignetur, apparet ſtatim ipſum lapidem

in

intuenti : ſpatium ſiquidem defuit, eiuſque anguſtia alteri literae locum non dedit. Hanc igitur ſingulariam afferre non poterat, qui votivam inſcriptionem noſtram, modo in Muſeo collocatam, non inſpexiſſet; inſpexiſſe autem, atque ex ea literas exſcripſiſſe vix adducor ut credam, niſi qui in hac civitate degeret, neque enim tunc temporis ad obſervandos titulos itinera ſuſcipiebantur. Memoremne, in Ioannis Nicolai *De ſiglis veterum* volumine miſerum Probum has eaſdem literas *Rex Veronenſis* interpretari? Recenſet praeterea Probus B. V. V. recteque exponit, *Balnea*, *Vina*, *Venus*. Pag. 40.
Inſolita, atque extraordinaria haec compendia a praecedenti verſu excuſantur, comprobanturve, in quo eadem verba habentur extenſa. Verumtamen binae tantummodo laudari inſcriptiones poſſunt, in quibus ea ſigla apparuerint: earum autem unam non longe a balneis Calderianis noſtris Ioannes Pantheus invenit, ac de

iis cum ageret , typographieo praelo primus ſuppoſuit . D. A. M. hoc eſt *Deo Aeterno Magno* in hoc item libello habetur : quae tria verba in nullo alio viſa unice praefert praeſtantiſſimum ab Antiquariis noſtris tribus iam a ſeculis memoratum marmor . Illa quidem in eo explicate ſunt ſculpta , ſed Auctor forte quae in patria viderat, per priores tantum literas ſibi adnotarat , quapropter Romae commemorans , aliquantum a lapide deflexit. Mirum eſt, Ioannem item Carotum Pictorem Veronenſem Sarainae coaevum, qui folio Amphitheatrico inſcriptiones noſtras aliquot cum ſiglarum catalogo emiſit , D. A. M. pariter ſcripſiſſe. Caeterum Valeriorum nomen patriis lapidibus noſtris haud incognitum eſt, nec Probi cognomen : Petronium Probum ad Calderiana item balnea eximia olim inſcriptio oſtentabat.

Sub catalogi ſui finem *Literas ſingulares in iure civili* Probus exhibet. Harum ſeriem amplificavit Magno

(*Man-*

(*Mango* eſt Voſſio in *Arte Grammatica*) qui cum magni Caroli aevo floreret, opuſculum ſuum (pluries editum, & a Cuiacio quoque ad calcem codicis Theodoſiani) ipſi obtulit. Seculo XI *de Notis literarum* egit Petrus Diaconus, qui congeriem ſuam Imperatori Conrado I. exhibuit. In Grammaticorum Gothofredi, & Putſchii collectionibus hic etiam auctor locum habet. Conſtat ex eius praefixa epiſtola, *notarum librum* tunc ad manus fuiſſe, quem *iam pene deletum* rogatus eſt *ut renovaret*. Alium tamen a Probi illo, ac valde diverſum fuiſſe, agnoſcet qui utrumque percurret. Marmoreos titulos Diaconus noſter parum conſuluit, multaque minimum profutura congeſſit. Periodus prior corruptiſſima *in Solomatero remorantes* praefert: legendum forte *in Solodoro*, nam Vippo illius aevi ſcriptor, Conradum I *per Solodorum Burgundiam intraſſe*, tradit. Cl. P. Mabillonius *Petrum Diaconum notas Tironianas ante annos quingentos explicaviſſe*, monuit: *R. Dipl. l. 1. p. 52.*

ſed Tironianae alterius generis notae fuerunt, ut diximus, & plura ibidem benigna declaratione indigent. Poſt Diaconum Gothofredus *dictionum contractius ſcriptarum explicationem* tamquam antiquam collocat; & Fabricius quoque *incerti auctoris antiqui* vocat, eam collectionem recenſens: ſed doctos viros ad alia properantes commentitius aliquis titulus fefellit, nam Smetii fuit is labor, quem aliquanto auxit Goltzius ex nummis: protulit autem Gothofre-
Anno 1579. 4. dus, ut in Goltzii *Theſauro rei antiquariae* exhibetur. Putſchius notarum explanationes addidit, quas Papias, Lexicographus, ut ferebant tempora, non ineruditus, ad vocem *Notatio* conſarcinavit.

Verumtamen cum decimo quinto ſeculo literae omnes meliorem in modum coepiſſent reviviſcere, ac veluti conſenſu quodam plurima ingenia ſaniorem eruditionem revocare contenderent, priſcarum etiam Inſcriptionum explorationem maximo

qui-

quidem ſtudio non defuere qui adorirentur. Ut quam multas exſcriberent, nec labori pepercerunt, nec ſumptui. Membranae, quae eius aevi collectiones ſervant, ſiglorum item recenſiones quaſdam breviuſculas ſaepe continent; videbant enim eruditi homines, abſque hoc arcam tradi clavi nequaquam oblata. Inter MSS huiuſmodi codices palmam obtinet qui Ioannis Marcanovae peramplam συλλογην continet, anno 1465 ornatiſſime exaratam. Ad Monaſterium Patavinum S. Ioannis in Viridario olim pertinuit: ego annis ab hinc triginta & ultra penes Cl. V. Laurentium Patarolium Venetiis vidi, qui *Auguſtorum*, *Auguſtarum*, *Caeſarum*, *& Tyrannorum ſeriem* erudite in manus hominum dedit; Panegyricas item orationes veterum Italice verſas numiſmatibus praeclare illuſtravit, etiamſi ab iis, qui Bibliothecas nummarias adornarunt nec memoretur. In hoc codice prope finem Valerii Probi, Alabaldi, aliorumque plu-

ſed Tironianae alterius generis notae fuerunt, ut diximus, & plura ibidem benigna declaratione indigent. Poſt Diaconum Gothofredus *dictionum contractius ſcriptarum explicationem* tamquam antiquam collocat; & Fabricius quoque *incerti auctoris antiqui* vocat, eam collectionem recenſens: ſed doctos viros ad alia properantes commentitius aliquis titulus fefellit, nam Smetii fuit is labor, quem aliquanto auxit Goltzius ex nummis: protulit autem Gothofre-
Anno dus, ut in Goltzii *Theſauro rei an-*
1579. 4. *tiquariae* exhibetur. Putſchius notarum explanationes addidit, quas Papias, Lexicographus, ut ferebant tempora, non ineruditus, ad vocem *Notatio* conſarcinavit.

Verumtamen cum decimo quinto ſeculo literae omnes meliorem in modum coepiſſent reviviſcere, ac veluti conſenſu quodam plurima ingenia ſaniorem eruditionem revocare contenderent, priſcarum etiam Inſcriptionum explorationem maximo

qui-

quidem ſtudio non defuere qui adorirentur. Ut quam multas exſcriberent, nec labori pepercerunt, nec ſumptui. Membranae, quae eius aevi collectiones ſervant, ſiglorum item recenſiones quaſdam breviuſculas ſaepe continent; videbant enim eruditi homines, abſque hoc arcam tradi clavi nequaquam oblata. Inter MSS huiuſmodi codices palmam obtinet qui Ioannis Marcanovae peramplam συλλογην continet, anno 1465 ornatiſſime exaratam. Ad Monaſterium Patavinum S. Ioannis in Viridario olim pertinuit: ego annis ab hinc triginta & ultra penes Cl. V. Laurentium Patarolium Venetiis vidi, qui *Auguſtorum*, *Auguſtarum*, *Caeſarum*, *& Tyrannorum ſeriem* erudite in manus hominum dedit; Panegyricas item orationes veterum Italice verſas numiſmatibus praeclare illuſtravit, etiamſi ab iis, qui Bibliothecas nummarias adornarunt nec memoretur. In hoc codice prope finem Valerii Probi, Alabaldi, aliorumque plu-

ra habentur ad notas ſpectantia, & Petri Diaconi libellus integer. Primus autem qui decimoquinto ſeculo de ſiglis aliquid docuerit, Guarinus Veronenſis videtur fuiſſe; eius enim auditor Angelus Decembrius in *Politiae Litterariae* libro quinto illum inducit *de priſcorum dictionibus*, *quae per ſingulas literas*, *vel ſyllabas ſcribi ſolent*, itemque de *aereis monumentis* egregie differentem, & quid ſingulariae multae ſignificent diſcipulis exponentem.

Arte typographica inventa, antequam Inſcriptionum collectio vulgaretur ulla ad contractiones intelligendas praeſtitum ſubſidium eſt: anno nempe 1486. loco non indicato libellus prodiit hoc titulo. *Significatio litterarum antiquarum Valerii Probi*, *&* *Fr. Michaelis Fabritii Ferrarini Regienſis Carmelitae*. Pauciſſimos huic viro inter antiquitatis illo aevo cultores anteferas velim. Inſcriptionum enim συλλογην ex provinciis variis compegit maximam, quae Re-

gii

gii apud ſyncellitas ſuos in nitidiſſime conſcripto, ac depicto codice aevum fert. Quam plura ex illo, triginta pariter & quod excurrit abhinc annis, decerpſi. Probi editionem Ferrarinius deinde procuravit ita praeloquens. *His proximis annis optimi Grammatici Valerii Probi de notis antiquis libellus ad manus meas pervenit, vel diuturnitate temporum interciſus, vel librariorum inſcitia admodum mendoſus. Qui cum maxime neceſſarius eſſet ad ea intelligenda, quae binis, terniſque aut amplius litteris erant vetuſte circumſcripta, operam dedi labore & induſtria mea, quantum conſequi potui, depravatum, corruptumque emendare; ut qui propter plurimas mendas iam Probi eſſe deſierat, auctori, ſive domino in integrum reſtitueretur. Multa etiam ipſe adieci.* Inter adiecta computari procul dubio debent, M. LEP. C. REG. INST. *M. Lepidus civitatem Regienſium inſtauravit*; itemque literas R. REG. *Rerum Regienſium redditas*, nullibi conſpe-

ſpectas, & aemulatione quadam noſtrarum R. VER. effictas.

Eumdem Probi libellum collectioni ſuae inſcriptionum Romanarum anno MDXXI. Mazochius praemiſit, ſed antea bis ediderat ſatis corrupte Ioannes Tacuinus, qui anno demum MDXXV. longe melius, & laudabilius Venetiis emiſit. Huic editioni Putſchius apprime inhaeſit, cum in theſauro ſuo Grammatico hanc opellam collocavit. Multo auctiorem vulgavit deinde Henricus Ernſtius, ſed quae *mala*, ut Poeta loquitur, adiunxit *alite*, removere, atque abolere praeſtat. Idem Tacuinus typographus Petrum Diaconum cum Probo ſociavit. Exinde alii, cum Inſcriptiones emitterent, huiuſmodi ſimul notarum ſeries exhibuere. Apianus *Abbreviationes vetuſtorum monumentorum* dedit, Torellus Saraina *literarum antiquarum Interpretationem*, Aldus nepos *De veterum notarum explanatione, quae in antiquis monumentis occurrunt*. Smetius meliori conſilio

lio uſus ſiglarum declarationem addidit, quae in titulis ab eo collectis conſpiciebantur. Sed his omnibus, aliiſque minus notis, longe praeſtitit Joſephus Scaliger, magni Indicis Gruteriani XX caput adornans. Eius induſtriam Reineſius aemulatus eſt. Prodiit demum Sertorii Urſati, de antiquitate non una de cauſa optime meriti, Commentarius peramplus, *quo nihil eſt in hoc genere locupletius*, inquit Fabricius.

Poſt haec tamen omnia novis hodie in hanc rem lucubrationibus indigere nos, qui huic diſciplinae ſerio ſe addixerit, inficietur nemo. Diu ſane eſt, cum ſubſidium huiuſmodi quoddam expetitur. Innumera his annis octoginta, qui ab Urſati labore effluxere, prodierunt huius generis monumenta, in quibus compendia anterius nec viſa ſpectantur. Plura ex anterius viſis praetermiſſa fuere; haud pauca inexplicata perſtant; quibuſdam aliena, & minime competens explicatio affiicta. Quid memorem illegi-

legitima, atque ab exſcriptis perperam titulis nata? quid commentitia, ac in nullo umquam monumento aut vetere libro conſpecta? Contemplationes etiam diverſas miſcent, qui compendia ex cuiuſcumque generis monumentis arripiunt, ſicuti Urſatus fecit. Rei quoque nummariae provincia a noſtra diverſa eſt, atque a tam multis praeclariſque viris iam ornata, & aucta, ut ſubſidio noſtro minime indigeat. Praeterea qui laudem conſequi in hac palaeſtra velit, non tam libris ſe devoveat oportet quam literatis ſaxis. Urſatus contra *ex omnibus notarum Auctoribus* ſiglas, & interpretationes decerpere profeſſus eſt, quorum etiam nomina ſingillatim adpoſuit. Quidquid ergo huius generis apud quoslibet invenitur, attulit; qua diligentia, ut acervum omnium maximum congereret, obtinuit quidem, ſed ad ſtudium noſtrum parum utilem, ne quid acerbius dicam, maiorem enim partem extrudat neceſſe eſt, qui veritate capitur, & authentica,

in Praef.

vel

vel reapſe exiſtentia intelligendi monumenta, atque explanandi cupiditate flagrat. Quid monſtri ab eo laterculo non expectes, in quo quidquid Petrus habet Diaconus, & quidquid Saraina, Aldus nepos, Gratioſus neſcio quis, Lazius, Ernſtius, & conſimiles protulere, coacervatum ſit? Siglis pluribus uſque ad XL. ad L. ad LX. diverſa verba ſingulatim ſignificandi tribuitur poteſtas: quod ſi legitime factum eſt, fruſtra laboramus; nulla enim eſſet ratio tantam ambiguitatem tollendi, & quid monumenta loquantur internoſcendi. Quin antiquitus quoque abſtruſiſſima ea fuiſſent aenigmata; cum verſa vice uſitatas formulas, ſollemnia verba, literaſque in oculos perpetuo incurrentes quivis ferme tunc intelligeret, ac perciperet. Publicae eruditionis, communis regulae, generaliſque conſuetudinis ea fuit unifomitas, & conſtantia, ut quae in Africa in Aſia, in Galliis, in Dacia marmoreis, aut aereis tabulis committebantur, iiſdem

ac

ac quae Romae contractionibus perſcripta videamus, eodemque ſenſu adhibitis. Literatum quemdam virum Fabricius commendat, qui omnem diligentiam ut vinceret, *Urſati opus in alterum tantum auxit*: num mirificum hoc prodierit opus, haud ſcio; ſed eruditi viri non cogitarunt, ad has collectiones meliores, utilioreſque reddendas, ſaepe non tam qui addat requiri, quam qui adimat. Nolim tamen credatur, Urſati minime vulgarem eruditionem me parviſacere: in hoc ipſo opere docte pluries excurrit, & multa non contemnenda refert, ac colligit: ſed quod ad ſiglas attinet, & ad compendia, nimiam quibuſcumque antea tradidiſſent, fidem habuit. Haec autem de *Commentario* dicta ſunto, nam in eiuſdem *Breviario*, quod addidit, plurima ex inutilibus amputavit, & rei lapidariae multo melius conſuluit. Dolendum tamen, quod inſcriptiones, e quibus ſigla, & contractiones ſunt erutae, indigitarit numquam, &

Bibl. L. lib. 4. c. 6.

quod

quod plures ſubleſtae fidei admiſerit, ac recenſuerit.

Non deerunt qui opinentur, de interpretationibus vulgatis iis, quas nequaquam probandas autumo, & ex quibus eruditarum quandoque controverſiarum deciſio pendet, me occaſione oblata cumulate per vices diſſertaturum: ſed hunc locum ad praeſentem inſpectionem pertinere non arbitror, & ad artem Criticam lapidariam reſervo. Ut autem magis pateat, in hac literarum luce tractationem hanc etiamnum deſiderari, & omnino neceſſariam eſſe, illud animadverſum velim; qui de Graecarum inſcriptionum contractionibus egerit, ad hanc uſque diem, quod quidem ſciam, inventum eſſe neminem. Dimidium ergo fere negotii intactum adhuc, atque inexploratum eſt. Quicumque Graecas ſiglas memoravere, de nummariis loquebantur, & qui eam provinciam ſe denuo ſuſcepturos profeſſi ſunt, nihil aliud niſi a Vaillantio congeſtas quibuſdam aliis cumu-

mu-

mulare ſpondebant. In notarum, ac ſingularium literarum *Interpretatione* Scaligeriana Grutero adnexa Graecarum unica recenſetur, atque haec ipſa perperam explicata; ΠΡ ſcilicet πρὸς redditur, cum πρὸ ſignificet. Non inutilem ergo mihi videor operam, curamque impendere, lapidarias quoque perquirens, & ab iis, ut par eſt, initium operis ſumens. Imo non deſunt qui in tanta rerum harum perquiſitione, ac diſcuſſione utilius nihil fieri poſſe cenſeant, quam ſingularias ipſas, Graecaque compendia in lapidibus ad hanc diem viſa colligere, ac declarare.

PRO-

PROOEMIUM
AD GRAECAS.

USus quidem obtruncandi verba, cum aera aut marmora ſcalpris inſcriberentur, dictioneſque vel per unam, vel per paucas literas ſignificandi, magis quam Graecus Latinus eſt. Id moris antiquiſſimos Graecorum vix habuiſſe, veterrima eorum monumenta teſtantur. Neque hominum, neque tribuum nomina uſpiam decurtata apparent, in omnium vetuſtiſſimis, quas Regia noſtra Pariſienſis poſſidet Academia, marmoreis tabulis, Peloponneſiaci belli tempore inſculptis, quas inter praeſtantiores *Galliae Antiquitates* exhibui: duo tantum officia earum altera profert extremis literis mutilata. Compendium habetur nullum in Theatralibus, ab illa aetate haud longe

Digitized by Google

diſſitis Inſcriptionibus quinque, quas
Cyr. p. Cyriacus, Anconitanus civis, in Grae-
9. & 10. cia vidit, atque exſcripſit, viditque
pariter, atque iterum retulit Sponius,
Sp. t. 3. quibuſque perſimilem πίνακα τῆς νίκης
pag. 21. dicavit Themiſtocles, & Plutarchus
109. 214. affert. Nulla fere viſitur compendiaria ſcribendi ratio in *Antiquitatibus Aſiaticis*, quas magno rei literariae incremento Edmundus Chishull docte collegit, vulgavitque: de iis intelligas, quae Caeſaris, ac triumvirorum tempora antevertunt. Nihil huiuſcemodi continet Spartana Muſei noſtri inſcriptio ampliſſima, Ephoros Phoebotelem, & collegas praeſeferens. Ipſae numerales notae in veterrimis Graecorum lapidibus raro occurrunt: donariorum recenſio, quae Apollini
Ant. Aſ. Didymeo Seleucus Callinicus miſerat,
pag. 69. perpetuis numeris conſtat, ſed expanſis, ac per literarum conſequentiam explanatis. Idem dicas de con-
pag. 91. ſimili monumento, quod Regis Pruſiae nomen nobilitat. Inter remoto admodum aevo conſcripta Oxonienſis

tan-

tantùm Epocharum enumeratio annos omnes Atticis deſignat notis. Nec habuiſſe videntur Graeci ſpeciale nomen, quo ſingularias connotarent; Plutarchus enim, ut ſignificaret Marcum Tullium votivae tabulae per M. T. ſe inſcripſiſſe, ſic loquitur: *τὰ πρῶτα τῶν δύο ὀνομάτων ἐπέγραψε· primas duorum nominum literas inſcripſit*. *In Cic. init.*

Graecus tamen, & ex veterrimis, ad omnium manus eſt liber, in quo ſiglae conſpiciuntur multae. Illius auctor Hippocrates *κατὰ τοὺς Πελοποννησιακοὺς ἤκμασε χρόνους*, *Peloponneſiacis temporibus floruit*, inquit Soranus in eius vita. In volumine de morbis popularibus tertio ſectiones fere omnes deſcriptionem morbi, cauſamque, & eventum ſingulariis quibuſdam claudere videntur, & obſignare. De harum forma, ſignificatione, & fide tam multa olim diſputata ſunt, *ut non uno libro illi opus ſit, qui omnia velit colligere*. Verba ſunt Galeni, qui de illis notis in eius libri *Commentariis* abunde loquutus eſt, & non

in omnibus exemplaribus comparuiſſe admonet, & a Medico quodam, vel a Zenone ſuſpicatur intruſas. Π πιθανὸν, Ζ ζητητέον, vel ζήτημα, vel *ſeptimum diem*, Υ ὑγείαν, Θ θάνατον, Α ἀποφθορὰν, Γ γόνον, Ε ἐποχὴν, & ſic alias quaslibet, ac ſi verborum priores eſſent literae, non deſuere qui interpretarentur. Verumtamen quicquid ſint, ad praeſentem tractationem iſtae non pertinent; cum quia in Inſcriptionibus numquam conſpectae ſunt, tum quia Hippocratem nequaquam auctorem habent, ſed poſteriori longe aetate quicumque rem perpendet, ab extranea manu adiectas intelliget. Quis non videat, artis Medicae ſtudioſum quemdam in memoriae ſubſidium ea ſibi compendia ſtruxiſſe, ut ictu oculi aegrotationum hiſtoriam, exitumque velut per ſymbola perciperet, ac comprehenderet? Cur enim Hippocrates ſub finem exempli cauſa ſectionis primae, poſtquam τεσσαράκοντα ἡμέρησιν ſcripſiſſet, ad eum numerum connotandum

dum ſtatim M adieciſſet? cur tertio tantum in libro iis uſus fuiſſet aenigmatis, quorum in aliis eiuſdem operis veſtigium reperitur nullum? Nugaces curas merito ac iure diſputationes illas nuncupavit Galenus, quas pluribus in hoc argumentum voluminibus cumulatis Zenon quidam, Apollonius empiricus, & Heraclides Tarentinus inſtituerunt. Rei ſumma apud Galenum eſt, *μήθ' Ἱπποκράτους εἶναι, μηδ' οὕτως γεγράφθαι τοὺς χαρακτῆρας ὡς ἐκεῖνος ἐξηγήσατο*.

Ad rem noſtram pariter nequaquam facit vetus mos ille, primam ethnici nominis literam clipeis inſcribendi, quem ab his Xenophontis verbis deduco. Οἱ δὲ Ἀργεῖοι ὁρῶντες τὰ Σίγματα ἐπὶ τῶν ἀσπίδων, ὡς Σικυωνίους οὐδὲν ἐφοβοῦντο· ἔνθα δὴ λέγεται εἰπὼν ὁ Πασίμαχος ναὶ τὼ Σιὼ ψεύσει ὔμμε τὰ Σίγματα ταῦτα. *Argivi autem videntes S in clipeis* (Sycioniis nimirum hoſtes ademerant) *ac ſi Sicyonii eſſent, nihil metuebant: tunc dixiſſe perhibetur Paſimachus, per gemellos Deos*

iſtæ S vos fallent. Idem audiit de Lacedaemoniis Euſtathius, nempe quod
Ad Iliad. B. *clipeis ſuis* Λ *inſcriberent*, *elemento initiali*, *velut inſigni quodam*, *ſe connotantes*. Λάμδα ἐπὶ ταῖς ἀσπίσιν αὐτῶν εἰς παράσημον ἔγραφον, ἐκ τοῦ κατάρχοντος ϛοιχείου χαρακτηρίζοντες ἑαυτούς. Plurimae etiam in Mſs ſequiorum temporum codicibus occurrunt notae, Medicae, Aſtronomicae, Chimicae, Muſicae, Rhetoricae, Magicae, Monetales, quas omnes dimittimus, & a praeſenti perquiſitione ablegamus. Nugatorios Gnoſticorum, & Baſilidianorum typos nihil moror, nec literas ſomnia mentientes aut metallicis in lamellis, aut in gemmis & lapillis eorum opera inſculptas. De ponderibus, & menſuris agens Paullus Aegineta, ſic incipit. *Verum cum quidam non integris literis, ſed per notas haec ipſa pondera & menſuras ſignificent, praeſtiterit fortaſſe & nos in hac parte veteres imitari, & primùm charactères ipſos declarare*. Notarum nomen Muſica praeſertim ſibi aſſeruit, atque u-

ſui

ſui ſuo vindicavit, quamobrem Italice verbum *Note* hoc peculiariter ſenſu intelligimus. A Graecis literis ea ſigna originem duxiſſe, Boethius docuit; iis ſiquidem *in quamlibet partem imminutis, nunc etiam inflexis, tota haec notarum deſcriptio conſtituta eſt*. Cum tamen aliam demum figuram induerint, σημεῖα illae quoque dictae ſunt: παρασημαίνεσθαι τὰ μέλη apud Ariſtoxenum lib. I. idem valet, ac *mettere in note le canzoni*; & circa modorum σημεῖα Alypii Iſagoge Muſica revolvitur. Verum haec omnia nihil ad nos. De lapidariis tantummodo, aut aeneis monumentis hic agitur, in quae Graeci, antequam in Romanorum poteſtatem, & in commercium frequens, conſuetudinemque venirent, verborum mutilationes raro inducere conſueverunt. Dimidiatam poſtmodum ſcriptionem exceperunt, ſicuti & hominum, & publicorum munerum exceperunt nomina. Cum ergo a Romanis huius uſus crebritatem exinde Graeci arripuiſſent, eadem praeſer-

Muſ. l. 4. c. 3.

tim ac illi verba, & nomina perſtringere amarunt: quo animadverſo, & ad Graeca exſtantia, & ad alia, quae in titulis nondum e terra emerſis de novo forte prodirent, intelligenda compendia, via ſternitur perfacilis, atque expedita. Cum enim ſcimus, Romana praenomina, & Romanas tribus Romanorum more ſaepe notari, lux affulget, illis quoque, quas in Graecis lapidibus nondum vidimus, ubi occurrant, intelligendis. Latina gentilitia nomina, quae Latini perraro, Graeci frequentius mutilant, & aliquando unica etiam ſignant litera. Orbianae Auguſtae Graecum numiſma in cimeliis habui, a Triſtano olim relatum, in quo Βαρβία legi debet, ubi Β conſpicitur. Praenomina tamen explicata pluries occurrunt Τίτος, Μάρκος Μάνιος· In Sponii Itinerario inſcriptio bilinguis affertur, in qua Latine P. F. VOT. & Graece, Πόπλίυ υἱός Ουοτούρια· Civitatum vero, & regionum nomina ſaepe in marmoribus per ſigla indicantur: quin pagi quoque

At-

Attici, & vici in inſcriptionibus priorem tantum ſyllabam exerunt. Neque pauca numerantur eius generis verba, nam δήμους, hoc eſt Urbis, aut regionis partes, quarum quaevis Commune efficiebat, & quae totidem componebant curias, eximiis Strabonis, atque Euſtathii praemiſſis auctoritatibus, CLXXIV fuiſſe oſtendit Meurſius, de iis erudite diſſerens. Egregie hanc inveſtigationem iuvit Sponius, qui Athenis praeclaram Inſcriptionem reperit, tredecim Tribus omnes memorantem, & ſtrictim perſcriptos multos ex Populis. Parum conſiderate eruditus Montfauconius in Palaeographia, *Tribu Phlyeus*, *Tribu Sphettius*, *Perithoides ex Tribu eius nominis*; cum nequaquam tribus eſſent ſed populi, & cum his nominibus tribus non haberetur ulla. Maior autem Populorum, ſeu Curiarum pars pagis conſtabat, Atticam magno numero frequentantibus. Pauſanias multa quae ad hiſtoriam pertinerent, *aliter narrari in Populis, ac ab iis qui Urbem* *pag.150.*

inco-

incolebant, animadvertit: λέγουσι δὲ ἀνὰ τοὺς δήμους καὶ ἄλλα οὐδὲν ὁμοίως καὶ οἱ τὴν πόλιν ἔχοντες. Nihilominus aequa lance Athenienſem Rempublicam vicanae curiae, ac urbanae conſtituebant; ἑκάστη γὰρ φυλὴ πεντήκοντα εἶχεν, οἱ κατὰ μῆνα ἐπρυτάνευον, inquit Stephanus: *unaquaeque* enim ex tredecim tribubus, quae e Populis conſtabant, *viros quinquaginta ſuppeditabat*, *qui per menſem imperitarent*. Propterea Athenienſi civitate donatus ex Philoſtrato Adrianus ſophiſta habebatur, ἐπειδὴ φυλή τε ἦν αὐτῷ καὶ δῆμος· *quandoquidem & tribus illi adſignata erat, & populus*. Quin nec tribus nomen, ut plurimum, nec urbis inclitae Athenienſes profitebantur, atque oſtentabant, ſed Populi tantummodo. Teſtatur Pauſanias, antiquorum civium, qui contra Perſas pro patria occubuerant, cippos nihil aliud quam τὰ ὀνόματα καὶ τὸν δῆμον ἑκάστου praeſetuliſſe. Plutarchum, Laertium, Scriptores alios ſi conſulas, Athenienſium, de quibus agunt, Populum ſaepiſſime me-

In Βερενικί-δαι.

Phil. lib. 2.

In Attic.

memorare invenies . Supervacaneum igitur profecto nequaquam fuerit , Atticarum curiarum nomina compendiis obumbrata extricare , & ad intelligenda quae in poſterum forte prodirent , viam ſternere , atque aperire.

Antequam quicquid hoc Prooemii eſt obſigno , unum addo . Quandoquidem doctrinarum omnium fructum ad religionem referre oportet , nec magnifieri debet quidquid eo non collimet , & in ſacras etiam literas ſubſidium quoddam non conferat; exiſtimari nolim, nullam inſcriptionibus, ſiglisque noſtris cum eccleſiaſticis ſtudiis cognationem intercedere: neque enim Chriſtianae maximi momenti Inſcriptiones deſunt , neque in iis Graecae ſiglae , quas interſit noviſſe. Marmoream S. Hippolyti cathedram teſtem advoco , de qua ſummis ingeniis , exquiſitaque doctrina viri , non ſine eccleſiaſticae eruditionis bono diſſeruere . Extra lapides etiam diffunditur huius Graecitatis utilitas . XPS ubique ſcribitur : qui autem neſciat, ex

ſe-

ſequioris aetatis abuſu in Chriſtianis titulis non infrequenter animadverſo, Latinum s cum Graeco r hic ſociari, quomodo in Chriſti nomen p litera immittatur, requiret. Idem dicas de Ieſus nomine IHS. In quo literam h mirari ſolent, qui illam non h ſed Graecum e eſſe ignorant. Cretenſem inſcriptionem aetatis Iuſtinianeae profert P. Montfauconius in Palaeographia, in qua IHCOY ὁλογραμμάτως inſcribitur. Siglas demum ipſas recenſeamus: neutiquam tritis, aut pervulgatis, unde eruerim, adiicio, cum ut fides conſtet, tum ut unuſquiſque ipſas Inſcriptiones conſulens de interpretatione iudicium ferat.

Digitized by Google

GRAECORUM

SIGLAE.

A. Πρῶτος, item ἅπαξ. *primus*, *ſemel*. TOĀ. Habetur in Gruteriana 1052. 6. & in aliis pluribus. Valet τὸ πρῶτον· *primùm*. In eodem lapide TOH̄. *octavùm*, *octava vice*. Verum ſatius eſſe puto, quae ad numerales notas pertinent, colligere univerſa ſub finem.

A. Αὖλος· In Muſei Veronenſis inſcriptione quae exhibetur num. 51.

A. Grut. p. 210. ἀπὸ *ab*.

AΓ. In Veronenſi III. ἁγία.

AΓIΩ. Palaeographiae pag. 174. ἁγιώτατος·

AΓΓE. Ἀγγελῆθεν. *Ex Angele* Atticae pago. Habetur in inſcriptione praeſtantiſſima, quam reperit Athenis Sponius, & tomo tertio *Itineris per Italiam, ac Graeciam* inſeruit. Vidi pag. 46.

di & ego inſignem illum lapidem in collectione Oxoniana, ubi nunc cuſtoditur. Tredecim tribus in eo recenſentur, & contracte plures ex Populis, de quibus in Prooemio verba fecimus. In aliis etiam eiuſdem voluminis monumentis contractiones huiuſmodi occurrunt; quapropter opus iſtud his tantùm literis *Itin.* indicabimus, nempe *Itinerarii tomo tertio*. Angelenſes hoc modo nuncupari etiam Stephanus docuit: ὁ δημότης ἐπιῤῥηματικῶς, *popularis adverbialiter* Ἀγγελῆθεν· reſpondet Italicae locutioni, *è da Verona*.

ΑΓΝ. Itin. p. 54. Αγνούσιος· *ex Agno* Atticae item pago. Harpocration e Demoſthene: ὁ φυλέτης Αγνούσιος· *tribulis Agnuſius*; ſed tribum cum Populo miſcet, & in tribum Acamantidem refert, cum marmor Attalidi tribuat.

ΑΙΘ. & Itin. p. 85. ΕΞΑΙΘ. Αἰθαλείδης, ἐξ Αἰθαλίης· Stephanus: *popularis Aethalides*. Heſychius. δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς· *populus tribus Leontidis*.

ΑΙΛ

ΑΙΛ. Αἴλιος· Similiter ΑΥΡ. ΑΝΤ. aliaque gentilitia Romanorum nomina, quae ſtatim agnoſcuntur.

ΑΙΜ. In Veronenſi 39. ἐκ τῆς Αἰμιλίης φυλῆς· *Aemilia*.

ΑΙΞΩ. Itin. p. 52. Αἰξωνεύς· *Aexonenſis*. Stephanus: δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς.

ΑΛΦ. *Alpheni*: apud Smithum in ſeptem Aſiae eccleſiarum Notitia. pag. 22. In eodem titulo ΑΝΤ. ΚΛ. ΑΛΦ. *Antonium Claudium Alphenum*.

ΑΝΕΘ. ἀνέθηκεν, *dicavit*, *poſuit*.

ΑΠ. 1130. 8. Ἄππιος: perperam ibi ΑΠΕ. quod animadvertit Fabrettus, in Emendationibus.

ΑΠΙ. Chishullius Parte ſecunda pag. 9. ἀπίοντος, *abeuntis*.

ΑΠΕΛ. apud Vignolium de Columna Antonini pag. 233. *Libertus*. ΑΠΕΛΚΑΙΣ. ἀπελευθέρῳ Καίσαρος. Literas, & ſyllabas diverſa verba ſignificantes ſine intervallis, & ſine interpunctione exhibeo, ut conſpici in antiquis Graecorum marmoribus ſolent. Aliter referunt

qui

qui ea non viderunt, & inſcriptiones in ſchedis perquirentes, Latinarum more exaratas inveniunt.

ΑΠΟΛ. Itin. p. 54. Ἀπολλωνιεύς· *Apollonienſis*, Atticae populus.

ΑΡΧ. Αρχων, vel Αρχιερέυς· ambigue quandoque & in nummis: ubi Harduinus legerat ἐπὶ Αρχιερέως, Vandalius pag. 396. legit ἐπὶ Αρχοντος·

ΑΡΧΙΣ. Sponius in *Miſcellaneis* p. 343. Αρχιϛράτηγος, aut aliquid ſimile, ut paulo poſt Αρχιθυασίτης, ſed de literarum errore ſuſpicor, cum e ſchedis accepta ſit: forte erat ΑΡΧΙΕ· hoc eſt ἀρχιερέως·

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΣΕΟΥ. Itin. p. 118. Αυτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αυρήλιος Σεουηρός.

ΑΦΙ. Itin. p. 51. Αφιδναῖος, *Aphidnæus*: quem populum Leontidi adſcribit Stephanus, ſed inſcriptio noſtra Adrianiae tribui; nam cum Adrianiam in Adriani Imperatoris honorem Athenienſes adiecere, populis inſtruxerunt ab aliarum patrimonio deciſis.

ΑΧΑΡ.

AXAP. ibidem. Ἀχαρνεὺς, *Acharnenſis.* Pauſanias in Atticis ἔστι δὲ Ἀχαρναὶ δῆμος·

B. *βουλή· Conſilium.*

BΔ. *βουλῆς δόγματι· Senatus decreto.*

B. in Oxonienſi pag. 146. *vivens*. φίλεινος Ἀθηναίου B. redditur ibi *Philenus Athenei II.* Verum monumentum ſibi paravit *Athenaei filius. Vivens*. *β* pro *ου*, vel pro *υ* occurrit ſaepe: Latina verba Graecis admixta, & Graecis literis prolata ſaepius. Grut. 1130. 8. KOMΠΑΡΑΤΗΡΟΥΝΤΣΙΒΙΕΤΣΟΥΕΙΣ.

BENEΦ. *68. 6.* Βενεφικιάριος, *Beneficiarius.*

BEP. Itin. p. 50. Stephanus Βερενικῖδαι οἱ δημόται· In praeclaro Muſei Veronenſis marmore num. *64.* is populus ita enunciatur: EK BEPNEIKIΔΩN. *ex Berenicidis.*

BHΣ. Itin. p. 51. & 160. Βησαεὺς· *Beſaenſis*. Strabo lib. *9.* Βησαεῖς οἱ δημόται λέγονται· *populares dicuntur Beſaenſes.*

Γ. *γερουσία Senatus.* In Oxonienſi Smyrnaeorum, & Magnetum poſt eorum ὁμόνοιαν pſephiſmate, Seleuci

 ho-

honoribus deſtinato, verſus ultimus in editione ſecunda ſic affertur: ΕΚΜΑΓΝΗΣΙΑΣ. melius in priori ΕΚΓΜΑΓΝΗΣΙΑΣ. Marmor autem ſic habet ΕΚΤΓ. ubi Τ & Γ conglutinari puto: ἐκ τῆς γερουσίας.

ΓΑ. & Γ. Γάϊος.

ΓΑΡ. Itin. p. 48. Γαργήττιος, *Gargettius*. *Civitas*, & *populus* a Stephano dicitur. Plutarchus in Theſeo: Γαργεττοὶ κρύψαντες ἑαυτοὺς. *Gargetti ſe occultantes*.

ΓΕΛΛ. Itin. p. 200. Γέλλιος, *Gellius*.

ΓΕΡΜ. Γερμανικός. Itin. p. 116.

ΓΝ. Γναῖος, *Gnaeus*.

ΓΝΗΣ. Oxon. p. 276. γνήσιος, *legitimus*.

ΓΟΡ. In Gualtherii Tabulis Siculis p. 12. *Gorpiaeo menſe*.

ΓΡΑ. Oxon. p. 276. & ΓΡ. Itin. p. 79. γραφεύς, γραμματεύς, *ſcriba*, *notarius*.

ΔΕ. δημαρχικῆς ἐξουσίας. *Tribunitiae poteſtatis*.

ΔΕΙΡ. Itin. p. 159. Δειραδιώτης. Stephanus, *popularis Diradiotes*.

ΔΕΣΠ. Inſcriptio in urbe Ticinenſi ſuper-

perſtes, quam inferius proferam: Δεσπότȣ *Domini*.

ΔΗ. Δηίφοβος·

ΔΙΟΝ. Itin. p. 201. Διονυσίȣ·

ΔΜΣ. apud Fabrettum pag. 252. *Dis Manibus Sacrum*.

ΕΓΝ. Εγνάτιος·

ΕΖ. Gualtherius p. 44. ἔζησεν, vixit. In aliis ΕΖΗ.

ΕΙ. in marmorea S. Hippolyti cathedra *Idus*.

ΕΚΚΗ. Itin. p. 46. ἐκ Κηδῶν, *ex Cedis*: huius populi non meminit Stephanus, ſed meminit Demoſthenes in Evergum.

ΕΚΚΟΙ. Itin. p. 53. ἐκ Κοίλης, *ex Coele*. Aeſchines in Cteſiphontem: Αρχῖνος ὁ ἐκ Κοίλης· Ab Inſcriptione diſcimus, in qua tribu is populus cenſitus fuerit, nempe in Ippothoontide.

ΕΛΕΥ. ἐλεύθερος, *liber*.

ΕΜ. in S. Hippolyti Cathedra, ἐμβόλιμος, vel ἐμβολιμαῖος· *menſis intercalaris*.

ΕΝ. Gr. 1025. 10. ἕνεκεν, *propter*.

ΕΞΑ. apud Cyriacum XXXI. 201. ἑξάμηνον, *ſemeſtre*, quo Graeci nomine tamquam ſubſtantivo utuntur: perperam typographus ΕΞΕ. Caeterum quam immerito in falſariorum numero communiter reponatur Cyriacus, ſuo loco oſtendemus.

ΕΞΟΙ. Itin. p. 49. ἐξ Ὀΐης, *ab Oea*. Pandionidi adſcribit marmor. Antiquorum auctoritates variant, quia Ὀΐη alius fuit populus ab Ὄα.

ΕΠΙΕΙΚ. Itin. p. 52. *Epiicides* ὁ δημότης Ἐπιεικίδης· *Stephanus*.

ΕΠΙΣ. Ἐπίσκοπος.

ΕΞΕΠΙΤ. apud Reineſium p. 199. ἐξ ἐπιτάγματος, *ex iuſſu*.

ΕΡΙ. Itin. p. 79. ὁ δημότης Ἐρικεεύς· Stephanus: *popularis Ericeenſis*.

ΕΤ. 730. 6. ἔτη, vel ἐτῶν· *anni*.

ΕΤΕΛ. in marmore Ticinenſi. ἐτελεύτησεν.

ΕΥΔΑΙΜ. Andreas Marmora in Hiſtoria Corcyrenſi. εὐδαίμονος *felicis*.

ΕΥΠΥ. Itin. p. 49. Stephanus, ὁ δημότης Εὐπυρίδης· *Eupyridenſis*.

ΕΥΣ. εὐσεβής, *pius*.

ΕΥΣΧ. 870. 1. *εὐσεβείας χάριν· pietatis gratia*.

ΕΥΧΑ. Itin. p. 201. Εὐχαρίδυ· viri nomen.


ΖΗ. & ΖΗΙ. apud Smithum in *Notitia* p. 49. & Spon. Miſc. p. 339. vivos indicant qui memorantur. In Epheſina apud Chishullium Parte ſecunda p. 9. poſt nomina habetur ΖΩΣΙΝ. *Viventibus*, aut potius *Vivant*.

Ζ. *ζήσαντι· qui vixit*. Romae hanc inſcriptionem vidi Capitolino Muſeo iam devotam.

Θ ΚΑ
ΚΛ ΣΩΡΑΤΙ
Α Τ Α ΣΩΡΑ
ΤΗ ΥΙΩ ΓΛΥ
ΚΥΤΑΤΩ Μ
ΚΑΡΙΝ Ζ ΕΤ
Γ Μ ΙΑ Η ΙΒ

Θεοῖς Καταχθονίοις· Κλαυδία Σωρατία Τίτῳ Αὐρηλίῳ Σωράτῃ υἱῷ γλυκυτάτῳ μνήμης χάριν ζήσαντι ἔτη γ μῆνας ια ἡμέρας ιβ·

Dis Inferis. Claudia Soratia Tito Aurelio Sorati filio dulciſſimo memoriae gratia. Vixit annos III. menſes XI. dies XII. Gentilitium ab A litera incipiens latere quodcumque poteſt.

H. ἡμέρα · Apud Fabrettum p. 255. ſic:  .

ΗΓΕΜ. in 458. 1. ἡγεμόνι *Praeſidi.*

ΗΜ. ἡμετέρου · in lapide Ticinenſi.

Θ. cum nominibus adiicitur in epitaphiis Latinis, idem valet ac θανὼν *mortuus:* in Graecis non vidi.

ΘΥ. & Θ. θυγάτηρ, aut θυγατρὸς. In Veronenſi 73. ΟΥΛΘ. *Ulpii filia.*

ΘΚ. in Veronenſi 48. & in aliis pluribus. Θεοῖς Καταχθονίοις, *Diis Inferis, Diis Manibus.* Invenitur quandoque ὁλογραμμάτως, ut in Fabrettiana pag. 741.

ΘΣΚΑ. apud Gualtherium pag. 44. idem valet.

ΘΕ. in Oxonienſibus p. 295. Interpretor Θεοῖς Επικουρίοις, *Diis iuvantibus, faventibus, adiutoribus:* habentur explicate in Grut. 68. 6. ubi parum pias infert iis manus

Sigle-

Siglerus, mutans in ἐπὶ οἰκείοις·

ΘC. Θεός. ΘΥ. Θεοῦ·

ΘK. in Chriſtianorum epigraphis, *Θεοτόκος*, *Deipara*.

INΔ. ἰνδικτίωνος.

ITEA. Itin. p. 54. Harpocration, & Stephanus. Ἰτεαῖος, *Iteaeus* in Acamantide.

IOY. Iulius.

IΩ. Ἰωάννης·

K̄. in Veronenſi III. Κατά·

K. Itin. p. 118. Καῖσαρ·

K. apud Fabrettum p. 587. κάτθανεν, *obiit*.

KATΘ. ibidem. κατάθεσις, *depoſitio*.

KATAΘ. apud Arringhium l. 3. p. 591. idem.

KAΛOK. in marmore Ticinenſi. καλοκ'ἀγαθοί, *boneſti & probi*.

Ⱪ. in Veronenſi 45. in Ticinenſi Ⱪ καί.

KAΛMAKEΔON. in Palaeographia p. 167. recte exponitur κάλλιστον Μακεδονίας. *optimum Macedoniae Propraetore*.

KAINC. Itin. p. 102. καίνισε *renovavit*.

ΚΑΔΑ. in Paſchali S. Hippolyti laterculo κατὰ Δανιὴλ.

ΚΑΣΙ. in Oxonienſi pag. 84. Humphridus Prideaux ad illam: *forſan voculis* ΣΤΑ, *&* ΚΑΣΙ, *quae Seldenus non explicavit, voces, quae diverſas horum* Κοσμητῶν *provincias diſtinguunt, abbreviate ſignantur, cum quid aliud ea hic denotent, non omnino poſſim coniectare.* Nomina ſunt *Statii*, & *Caſſii*. Gentilitium hoc litera una fraudabant Graeci lapicidae: Grut. 798. 4. ΚΑΣΙΟΝ. Quod Caſſiis auferebant, largiebantur Voluſiis, Catulli verſiculo *Annales Voluſi* nequidquam reclamante. M. ΟΥΟΛΥCCΙΟΥ, hoc eſt *Marci Voluſii* exſcripſi olim e praeclaro marmore Florentino in veſtibulo cimeliarchii magni Ducis: edidit Reineſius pag. 313.

ΚΑΤ. & ΟΙΚΑΤ. Itin. p. 54. οἱ κατοικοῦντες.

ε θ ε

Κ Ν Θ. Sponius in Itinerario p. 24. qui interpretatur ἐκ νομοθεσίας Α-

δριανοῦ

δριανοῦ, *ex conſtitutione legis Adriani*. At Cyriacus in cuius edito libello eius inſcriptionis initium traditur, hoc modo exhibet, ΚΑΝΟΝΕΣ ΑΔΡΙΑΝΟΥ. *Pag.* 12.

KIBENEIPHNH. ad finem Gruterianae 1052. 6. καὶ δεύτερον, καὶ αὖθις, *& iterum in pace:* praeceſſerat ſiquidem alia vice ἐν εἰρήνῃ. Scaliger in Emendatione temporum: *Pag.*516 KIB *videntur ſignificare* κεῖται βεβαίως. Probare non poſſum. Animadverto poſtremum illum verſum ita a Grutero collocari, ut videatur capite diminutus eſſe: forte ergo ſculptum fuerat ΓΥΝΑΙΚΙΒ *coniugi benemerenti in pace*.

KX. 18. 1. explicari poſſet κατὰ χάριν, at credibile eſt habuiſſe lapidem EX. ἐυχῆς χάριν, *ex voto*.

KB. Itin. p. 105. κελεύσει βουλῆς· *mandato Senatus:* ut in quibuſdam numiſmatis ΓΓ. γερουσίας γράμματι· *Senatus decreto*.

ΚΕΦ. Itin. p. 50. Κεφαλεύς, vel Κεφαλῆθεν· *Cephalenſis*. Pauſanias in

Atticis

Atticis Κεφαλῆσι δὲ &c.

ΚΗΦ. Itin. p. 46. Κηφισιεὺς, *Cephiſienſis*. Pauſanias in Boeoticis: φυλάς δὲ Κηφισιάδα &c.

ΚΛ. *Claudius*.

ΚΟ. in Veronenſi 38. Κοΐντος, Quintus.

ΚΟΛ. Itin. p. 79. Κολωνεὺς vel Κολωνόθεν, *Coloneus*, vel *e Colono*. In argumento Oedipi Colonei: ἦν γὰρ κολωνόθεν· In Etymologico: Ἀθήνησι δὲ δύο Κολωνοὶ, Ἵππιος, καὶ Ἀγοραῖος· *Athenis vero duo ſunt Coloni, Equeſtris, & ad Forum*.

ΚΟΜΝ. Marmora in Hiſtoria Corcyrenſi. *Comneno*.

ΚΟΟΡ. 458. 1. *Cohortis*.

ΚΟϹ. Reineſius p. 633. at Grut. 314. 2. ΚΩϹ. *Conſulibus*.

ΚΡΑΤ. κράτιστον, *optimum*.

ΚϹ. ΚΕ. κύριος, κύριε·

ΚΥ. in Paſchali laterculo. Κυριακή, *dies Dominica*. ΚΥ apud Fabrettum p. 591. mendoſe pro καί.

ΚΥΔΑ. Itin. p. 49. Κυδαθηναιεὺς *Cydathenaeeus*. Diſcimus ab Heſychio, popu-

populum hunc urbanum fuiſſe : δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς ἐν ἄστει·

ΚΤΘ. Itin. p. 49. Harpocration: ὁ δημότης λέγεται Κυθήριος· *popularis Cytherius dicitur*.

ΚΥΡ. Grut. p. 388. Κυρεῖνα, ut apud eumdem p. 458. extenditur: *e Quirina tribu*. Capacius minus feliciter vocem diduxit Κ. ΥΡΕΙΝΑ. latineque reddidit, *& Yrina*. Pag. 251

ΛΕΓΝΑΤ. Itin. p. 16. *Lucium Egnatium*.

ΛΑΜΠ. in Inſcriptione Ticinenſi. λαμπροτάτου, *clariſſimi*.

ΛΑΜ. Itin. p. 46. Λαμπριεὺς, *Lamprenſis*. Pauſanias in Atticis: ἐν τοῖς Λαμπριεῦσι·

ΛΕΩΝΙ. Itin. p. 200. Λεωνίδας·

ΛΕΓ. ΑΠΠΟΛΛΙΑΡ. 458. 1. lege Ἀπολλιναρ· *Legionis Apollinariae*.

ΛΕΡΕΝ. in Oxonienſi p. 277. & in ſecunda editione p. 82. Λούκιον Ἑρέννιον· *L. Herennium*, non *Lerennio* ut ibi vertitur, quam gentem Romanorum Faſti non agnoſcunt. In lapide ſupra Λ lineola viſitur, quae compendium indicat.

ΛΕΥΚ.

ΛΕΥΚ. Itin. p. 49. Λευκονιεὺς, *Leuconienſis;* a Scriptoribus varie effertur.

ΛΟΥΔΜΑΤΧΕΙΡ. 335. 1. *Ludi matutini Chirurgus*.

L. in Veronenſi num. 40. λυκάβας, *annus:* de hac ſub finem recurret ſermo.

M. & $\overset{\text{HN}}{\text{M}}$. & MHN. μῆνας, *menſes*, ubi in Grut. 1036. 8. ME. intellige M. E. *menſes quinque*.

M. μνᾶς, *minas*. $\overset{\text{A}}{\text{M}}$. $\overset{\text{B}}{\text{M}}$. in Oxonienſibus pag. 93. *minam unam*, *minas duas*.

M. in Tabulis Siculis pag. 101. μνημεῖον, *monumentum*.

M. in Oxonienſi p. 295. μυριάς, *decem millia*.

ΜΑΓΝ. in Veronenſi n. 73. Μαγνήτων. Intellige de Magnetibus ad Maeandrum, qui cum Smyrnaeis etiam ad Seleuci Callinici Syriae Regis honores conſpirarunt, ut ex praeclariſſima Oxonienſi inſcriptione conſtat.

ΜΑΡ. & ΜΑΡΑ. & ΜΑΡΑΘ. Itin. pag. 53. & 159. Μαραθώνιος. De hoc po-

populo plurima eruditus Meurſius. Quinque literis notatur Itin. 155. in epigraphe indiligenter edita, quam in Oxonienſi theſauro, ubi nunc ſervatur, inſpexi. Τῶν Σωσιφήβων nomina populis ſuis aucta intra totidem coronas viſuntur, eleganti vaſe intermedio.

ΜΑΡΚ. Spon. Miſc. p. 334. non *Marci*, ut Sponio viſum, ſed ΛΑΜΦΛΑΒ. ΜΑΡΚ. *perilluſtris Flavii Marcelli*.

ΜΕ. μέγιστον.

ΜΕΛΙ. Itin. p. 52. Μελιτεύς· *Meliten-ſis*, Ariſtophanis Scholiaſtes ad Ranas: Μελίτη δῆμος τῆς Αττικῆς· *Melita Atticae populus*.

ΜΕΜ. *68. 6.* Μέμμιος·

$\overset{\mathrm{H}}{\mathrm{M}}$ΠΟΣ $\mathrm{H}^{\mathrm{A\Pi I}}_{\mathrm{E}}$. Μηνὸς Ποσειδεῶνος ἡμέρα πέμπτη ἀπιόντος· *Menſis Poſideonis die quinta exeuntis*. Edmundus Chishull, qui *Antiquitates Aſiaticas* edidit, tot inſuper alias vel ab Oriente reportaverat, vel a Guillelmo Sherard, & ab Antonio Picininio acceperat, ut ampliorem tomum alterum, Partem ſcilicet ſe-

cun-

cundam, editurus eſſet; & iam operi manum admoverat, ac XII paginae praelum erant paſſae, cum invidae *Iniecere manum Parcae*, & inceptum abruperunt. Ut mihi dono darentur impreſſae chartae, utque monumenta omnia reliqua mihi tranſcriberentur, Mylord Comes Burlington, & Doctor Richardus Mead, cuius laudes Chiſhullius ipſe in primae Partis praefatione meritiſſimo celebrat, humanitate ſumma, & propenſiſſima in me voluntate curavere. Inter typis commiſſas pag. 9. Epheſina inſcriptio eſt, in qua nuper allata compendia habentur. Poſtremae ſiglae ibidem ſic explicantur: *πέμπτῃ ἱϛαμένȣ*, hoc eſt *die quinta ineuntis*. Nullus dubito, a librariorum errore quodam explicationem hanc proceſſiſſe, neque enim credibile eſt, viros doctos AΠI interpretatos umquam eſſe *ἱϛαμένȣ*· quae dies quinta menſis eſſet, cum *quinta exeuntis* vigeſima ſexta ſit. De hac

Virg.

hac computandi methodo quaedam olim animadvertere memini in libello *Traduttori Italiani*, Graecarum Inſcriptionum verſioni adnotationes addens, quas in ſecunda *Marmorum Oxonienſium* editione pag. 541. poſtmodum recuſas video.

MTPI. Itin. p. 49. Μυρινὕσιος· in editis libris duplicatur ρ.

MX. μνήμης χάριν· *memoriae gratia*.

N. 798. 3. Νικηφόρος·

NE. Oxonienſes pag. 264. Seldenus, & Reineſius interpretantur *iuvenis*: proprie tamen eſt νεώτερος *iunior*, ut bis ὁλογραμμάτως in Veronenſi 27.

NEΩ. Smith in *Septem* &c. pag. 24. & Sponius. Νεωφύλαξ, *Aedituus*.

NP. Itin. p. 158. νεώτερος *iunior*.

NI. Spon. Miſc. p. 347. νικήσας, *qui vicit*.

Nω. *Nonas*, & aliquando *Novembri* menſe.

OAΘ. Itin. p. 51. Ὄαθεν, *ab Oa*. Stephanus: ὁ δημότης Ὄαθεν λέγεται·

OI. vide ΕΞΟΙ.

OTA.

ΟΥΛ. *Ulpius*.

ΟΥΑΛ. *Valerius*.

Π. & ΠΟ. *Publius*.

Π̄Τ̄ΑῙΜ. in Muſeo Veronenſi n. 39. Sponius, qui lapidem in Iſthmo Corinthiaco viderat, latine ſic reddidit: *Pyem*, nec quicquam addidit: Vandalius pariter nude protulit, nec explanavit. Patris praenomen, ac tribum ſiglae continent. Πυβλίου ὑιὸς ἐκ τῆς Αἰμιλίης· *Publii filius Aemilia*. Sic pag. in *Miſcellaneis* 348. ΓΥ. eſt *Caii filius*. In Oxonienſibus p. 394. ΚΥ. redditur *Claudii* filio, ubi pariter *Caii* legas.

Miſc. p. 363.

Π Π. 68. 5. πατὴρ πατρίδος·

ΠΑΛ. Smetius p. 24. 13. *Palatina* tribu.

ΠΑΛ. Itin. p. 54. Παλληνεύς, *Pallenenſis*. Stephanus.

ΠΑΙ. Itin. p. 161. Παιδοτρίβης, *inſtitutor puerorum*, *magiſter palaeſtrae*. Παιδοτριβοῦντος habetur in ſubſequenti.

ΠΑΙΑ. Itin. p. 200. Παιανιεύς, *Paeanien-*

nienſis. Suidas de Demoſthene: τὸν δῆμον Παιανιεύς· Memorat & Philoſtratus in Aeſchine.

ΠΑΙΟ. Itin. p. 49. Παιονίδης, *Paeonidenſis*, in Harpocratione. Ariſtophanis Scholiaſtes ad Lyſiſtratam. Παιονίδης· τουτέστιν ὁ Παίονος υἱός, ἢ ὁ ἐκ τῆς χώρας ἣ Παιονία ὀνομάζεται· *hoc eſt Paeonis filius, aut e regione quae Paeonia nominatur*.

ΠΑΡΘ. Παρθικός·

ΠΕΙ. & ΠΕΙΡ. Itin. p. 53. & 159. Πειραιεύς, *Piraeeus*. Pauſanias, Strabo.

ΠΕΡΙΒΛ. Palaeogr. p. 174. περιβλέπτου, *Spectabilis*.

ΙΟΙ. In eximia plurium agri portionum, quae ſorte obtigerant, circumſcriptione apud Gruterum, & Gualtherium, bis haec nota apparet, quae in translatione eodem modo depingitur, nec explicatur. Valet πόδας, commune menſurae genus, memoratum & a Graecis Scriptoribus non ſemel. Primo loco numerus abraſus eſt: ſecundo viginti pedum diſtantia praeſcribitur.

Grut. p. 210. Gualt. p. 28.

tur. Similis alia in eadem inſcriptione nota ſigilli loco erat.

ΜΗΚΟΣ ΠΟΔ Η̄ ΠΛΑΤ. Η̄. inter inſcriptiones a Donio collectas. pag. 311. *Longitudo pedum VIII. latitudo* πλάτος *pedum VIII.*

ΠΟΜ. Cyriacus pag. 38. Πομπήιος·

ΠΟΠ. Miſc. pag. 319. Ποπιλίου, quod gentilitium δι' ὅλων γραμμάτων in eadem eſt.

ΠΟΡΙ. Itin. p. 50. Πόριος, *Porius*, in tribu Acamantide populus.

ΠΟΣ. Ποσειδεῶνος· Chiſhullius ubi nuper diximus. *Poſideonis*; menſis nomen apud Athenienſes.

ΠΡΕ. Compendia nobiliora ab Athenienſibus lapidibus diſcimus, quos Sponio debemus. Itin. pag. 200. ΘΕΟΔΩΡΟΣ ΠΡΕ. ΘΕΟΔΩΡΟΣ ΝΡ. Explico: *Theodorus* πρεσβύτερος, *Theodorus* νεώτερος· *ſenior*, & *iunior*. Πρεσβύτερος explicate. Itin. pag. 158.

ΠΡΕΣΒ. 425. 3. πρεσβευτήν, *Legatum*.

ΠΡΙ. πάτρι·

ΠΡΟΓΕΓΡ. in lapide Ticinenſi. προγεγραμμένυ, *ſupraſcripti*.

ΠΡΟ-

ΠΡΟΣΑ. Itin. p. 79. mendoſe, ut opinor; repono

ΠΡΟΒΑ. quod explicat Stephanus; ὁ δημότης Προβαλίνθιος· Cum tamen errores, ac literarum transpoſitiones aliquas liceat in illius inſcriptionis exemplo ſuſpicari, ΠΡΟΣ ΑΓΡ poſt ΚΟΛ forte ſequebatur, atque ita legi debet. Λικίνιος Πολυαίνου Κολωνεὺς πρὸς Ἀγορὰν ἡγεμών: Ἐπίκτητος Διονυσίου Μελιτεύς. Ἡρακλείδης Ποθείνου Ἐρικεεύς· Hoc modo mutatione quam minima patre, & populo ſinguli ornati ſunt· Coloneus ad Forum dici potuit, cum is populus Ἀγοραῖος etiam dictus eſſet, ut a Colono extra urbem diſtingueretur.

Π·Τ. apud Reineſium p. 633. πωρίσαντες τόπον· *loco empto*. In eadem ΤΕ· Editor: *reformandam eſſe puto in ΤΡ. & exponendam* τριτῳ. Minime quidem probanda, parcant viri docti manes, reformatio, & nihilo melior expoſitio. Latinae plures praeſeferunt D. N. GORD. II.

ET. POMPEIANO COS. Idem perſcribere in animo habuit Graecae huius interpolator, numerum Latine enuncians. Huius lapidis teſtimonium *irrefragabile* Reineſius exiſtimavit: at *e Ligorianis* prodierat; neſciebat autem vir eruditiſſimus, Ligorium inſcriptionibus, quas conſignabat, Conſules addere, atque appingere ſaepiſſime conſueviſſe; in quo crimine autographa ſua diutius a me verſata manifeſto, & pluries deprehendi. Idem agnoverat quamvis autographis non inſpectis in Epiſtola Conſulari Noriſius, de Ligoriana alia cum loqueretur: *illi Inſcriptioni addidit Conſules, quod non ſemel ab eo peccatum*. In hoc quoque epigrammate Conſules redundare opinor; neque enim cum loci empti incideret mentio, quibus Conſulibus emptus fuiſſet adiiciebatur. Gordiano iterum Conſuli Panvinius quoque Pompeianum collegam dedit: cur ergo ex hoc lapide *erro-*

rem

rem Panvinii convincere Reineſius profitebatur? Leges omnes, quae ad xxx numerantur, & monumenta omnia, quae hunc Conſulem memorant, *Pompeianum* vocant, & in hac unice, atque in altera a Gudio emanata Inſcriptione, *Civicae* nomine augetur; ſed alteram quoque illam ab eodem Ligorio Gudius accepit: quae alia etiam de cauſſa laborat; nec eam profecto expenderunt literati homines Cuperus, Relandus, Graevius, quum amplexi ſunt, laudaruntque. Sex. Vetulenus Civica Pompeianus centum ferme annis antea Conſul proceſſerat, verum cur noſtro, Civicae loco, Aurelii, & Claudii nomina tribuerit Panvinius, ignorare non poterit, qui Dionem, Capitolinum, Spartianum, Lampridium, conſuluerit: ſed haec obiter, neque enim ſunt huius loci.

PA. Oxon. pag. 264. *Rabirius*, aut gentilitium aliud.

ΡΩΜ. Spon. Miſc. pag. 374. & apud

Reineſium pag. 357. Ρωμαῖος.

ΣΕΒ. Σεβαςός. Habetur ΣΕΟΥΑΣ. 60. 6. & p. 502. ΣΕΒΒΒ. *Auguſtorum trium* more Latino.

ΣΕΚ. in Cyriaco pag. 38. ſed legendum eſt ΣΕΞ. *Sextus*.

ΣΜΥΡ. in Veronenſi 73. Σμυρναίων.

ΣΟΥΝ. Itin. pag. 54. Stephanus, ὁ δημότης Σουνιεύς, *Sunienſis*. Strabo lib. 9. ἀξιόλογος δῆμος Σούνιον.

ΣΠΕΙΡ. 458. 1. σπείρας *cohortis*.

ΣΤ. Cyriacus p. xi. ΣΤΑ. in Oxonienſi p. 83. & Itin. p. 200. *Statius*, aut gentilitium aliud.

ΣΤΕΦ. Chishullius in Partis ſecundae initio: ςέφανοι *coronae*.

Σ̱ In Sponii Miſc. p. 347. notatur ſexies. Interpretor ςεφανοθεὶς coronatus. Ex Grutero 331. 6. habebatur Romae in aedibus Maffeiorum, *Coronatus adverſus hiſtriones, & omnes Scenicos artifices* XII. hoc eſt *duodecies*. Sponiana autem ſic loquitur: ΝΙ ΙΓ Σ̱ ΙΒ. hoc eſt νικήσας τρισκαιδεκάκις, ςεφανωθεὶς δωδεκάκις. *tredecies victor, coronatus duodecies*.

Cor-

Corrupta, utpote ex ſchedis veniens, inſcriptio illa, aenigmatis faciem praefert, ad quod ſolvendum nemo aggreſſus eſt. Gladiatorias teſſeras eſſe opinor. Deſignatur primo claſſis: Μούρμιλλον, Θρᾶιξ, ubi diſcimus *Murmillones*, & *Thraeces* ſcribendum eſſe: *Eſſedarius* quoque. Gladiatorum nomina ſequuntur in unaquaque: Κεράμυλλος, Πέπλος, Δράκων. Nomen domini deinde proferri deberet, ſed cum tres, tabellae ΕΛΕΤ notent, ἐλεύθερος ſignificari poteſt, cum & ingenui quandoque in eam feritatem prolaberentur, ut ex Fabretti inſcriptionibus praecipue conſtat: quod cum eveniret, credibile eſt ita diſtinctos in teſſeris fuiſſe, ne cum ſervorum turba, e qua id genus hominum ut plurimum prodibat, computarentur. Poſſet tamen etiam intelligi Ελευσινίοις, nam & in Oxonienſi pag. 83. Ephebi honorantur Herculi devoti ob Eleuſiniam victoriam. Pugnarum numerus addi ſolet: quam-

Fabr. p. 39.

obrem tabellae noſtrae: ſic clauduntur ΝΙΕ̅Σ̣Ε̅. perperam enim Σ pro Ε ponitur. ΝΙΑ̅Σ̣Α̅. ΝΙΒΣ̣Β. nempe *victor quinquies*, *coronatus quinquies*, *victor ſemel*, *coronatus ſemel*, *victor bis*, *coronatus bis*. Νικήσας,

pag. 314. & Στεφανωθεὶς habentur in Gruteriana δι' ὅλων γραμμάτων·

ΣΡΙ. Σωτῆρι·

ΣΤΕΙ. Itin. p. 49. Stephanus, ὁ δημότης Στειριεὺς *Stirienſis*.

ΣΤΡΑ. ϛρατηγός.

ΣΤΡΑΤ̅. Chishullius Parte ſecunda p. 4. Στρατονίκης.

Τ. ΤΙ. Τίτος, Τιβέριος, ut in Latinis.

Diſſ. 2. p. 106. Numiſma in Epochis Syromacedonum impreſſum eſt, in quo ΤΙ pro Τίτος, ſed credi poteſt errore quodam.

Τ̅. τῆς, τῶν, τοῦ·

ΤΔ̅. in Ticinenſi. τὸ τέταρτον· *quartum*.

ΤΔΒΚΔΕ. Cyriacus pag. XXI. τῷ δόγματι βουλῆς καὶ δόγματι ἐκκλησίας. *Decreto Senatus*, & *decreto populi* In eadem inſcriptione: Κατὰ τὸ ψήφισ-

φισμα τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου, *Senatus, & populi*. In Palaeographia p. 158. ἔν τε ἐκκλεσίᾳ, ὡς καὶ βουλῇ· Grut. 1094. 4. δόγματι τοῦ κοινοῦ·

TEIM. Cyriacus pag. 40. τιμὰς *honores*.

TPIE. in marmorea Pariſienſi tabula, quae inter praeſtan iores *Galliae Antiquitates* integra exhibetur. Τριεράρχης· *triremi*, aut *triremibus Praefectus*. TPIE pro TPIH, quia vocales longae nondum adhibebantur. *Gall. Ant. p. 86.*

TPINE. Itin. pag. 52. ὁ δημότης Τρινεμεύς, *Trinemenſis*. Stephanus.

Υ. υἱὸς in Veronenſi n. 39. ΓΥ. Spon. Miſc. p. 348. Γαΐου υἱὸν, *Caj filium*.

Υ. Palaeographia p. 174. Υπάτου *Conſule*.

ΥΠΑΤ. in Ticinenſi: ὑπατείᾳ *Conſulatu*.

ΥΒΔ. Spon. Miſc. p. 334. ὑπὸ βουλῆς δόγματι· *ex Senatus decreto*.

Φ. Grut. 1094. 5. Φλάουιος: alias ΦΛ. & ΦΛΑ. & in Miſcell. p. 334. ΦΛΑΒ. In Oxonienſi p. 94. Φ. vertitur F. ſed ibi numeralis eſt nota. Apud Fa-

pag. 755. Fabrettum pariter in F convertitur, ac ſi *Filius* diceret, cum ibi *Flavia* latere videatur.

ΦΑΛΗ. Itin. p. 53. In magno Etymologico: Φαληρεὺς ὁ πολίτης, *civis Phalerenſis dicitur*.

ΦΑΡΝΑ. Itin. p. 201. forte Φάρνακος, aut Φαρναβάζυ.

ΦΗΓ. Itin. p. 46. *Phegusius*. Athenienſis inſcriptio in Erechteidem refert, cui Φηγοῦς ab auctoribus datur: ſecundum Stephanum popularis erat Φηγούσιος.

ΦΗΓΑΙ. Itin. p. 51. Φηγαιεὺς *Phegaeeus*. Heſychius.

ΦΙΛΑ. Itin. p. 51. Stephanus Φιλαΐδαι quem populum Aegeidi tribuit, Sponianum marmor Oeneidi.

ΦΛΑΜ. *Flamen*.

ΦΛΙ. Itin. p. 50. Φλυεὺς *Phlyeus*. Pauſanias in Atticis: Φλυεῦσι δὲ &c. Ptolemaidi Heſychius quoque tribuit.

ΦΥ. & Itin. p. 54. ΦΥΡΝ. Φυρνεὺς quem Scriptores non memorant, ſed in marmore Atticas tribus recenſente

cum

cum populis adnumeratur, & adſcribitur Antiochidi.

X. χάριν·

XEIA. 458. I. Χιλιάρχῳ Tribuno. In Actis Apoſtolorum XXI. 31. Τῷ Χιλιάρχῳ τῆς σπείρης *Tribuno cohortis*.

XΘΛΑΡ. Itin. p. 159. Χολαργεὺς, popularis *Cholargenſis*: Stephanus.

XOOP. 458. I. *Cohortis*.

☧. *Chriſtus*, apud Arringhium p. 591.

Xω. *Chriſto*. ΦΙΛΟΧΥ. Φιλοχρίςυ.

Crucis figura pro ſiglo accipitur a Montfauconio in Farneſianis Herodis Attici, & explicatur κατὰ: eapropter ✝ΘΟΝΙΩΝ reſolvit in Καταχθονίων, adnotans X in marmore omitti. Imo vero crux illa ipſum tantummodo X repraeſentat, & legendum eſt Χθονίων θεῶν *Deorum Inferorum*. Sophocles in Oedipo Coloneo: ὦ χθόνιαι θεαὶ, & paulo poſt ζεὺς χθόνιος. *Pal. p. 141.*

ΨB. Cyriacus pag. VII. ψηφίσματι βουλῆς· *Senatus decreto*. Apud Reineſium p. 458. ΨΗΒ.

ΨΑΦΙ.

ΨΑΦΙ. Itin. p. 53. Ψαφιδεῦς *Pſaphidenſis* ſub tribu Aeantide. Strabo lib. *9.* εἶτα Ψαφὶς ἡ τῶν Ὠρωπίων. *deinde Pſaphis Oropiorum*. Doctorum ſuſpiciones Inſcriptio diluit.

ΩP. 634. 1. & 1036. 11. *horas*; ibi perperam ΦE. repone ΩE. *horas V.*

Reperitur aliquando & in Graecis lapidibus compendiorum genus illud conglutinatis literis fabrefactum, pluribuſque uno ductu repraeſentatis. In Muſeo num. *99.* RA Μάρκος Αὐρήλιος. Non una vice MNHMHC, μνήμης· ETWN, ἐκ τῶν Smetius 32. 14. Plures literarum nexus huiuſmodi videre eſt in titulis Ancyranis a P. Montfauconio in Palaeographia collectis. Qui haec in lapidibus attente non obſervat, verba, & ſenſum quandoque exſcribens lineola praetermiſſa invertit. Sponius in Miſc. p. 340. ΕΠΥΡΟΝ, quod nihil eſt. Marmor habet EN· hoc eſt ἔνπυρον, nempe ἔμπυρον· thuribulum *ignitum*, *accendibile*. Reineſius p. 336. incipit HETMENIA.

pag. 158.

At

At cum recto caſu inſcriptio omnis, aliis etiam mendis non vacans, turbetur, nullus dubito, habuiſſe lapidem ΤΗ. hoc eſt τῇ εὐμενίᾳ *ob benevolentiam*. Verum ſiglas & ſingularias ſphalmatum filias haud moror, ut in hybrido monumento apparent apud Capacium. *Hiſtor. Neap. p.* 508.

Compendiis conglobatis videtur conſtare Chriſtianus titulus apud Boſium: *lib.* 3.

KΥ. PA. KE. ΨΥ. XH. KA. ALI
KPI. TOC. ME. TA. COΥ.

At compendium hic nullum: errores ſi emendaveris, habebis, Κυριακὴ ψυχὴ καλὴ Χριςὸς μετὰ σοῦ· *Cyriaca, anima bona, Chriſtus ſit tecum*. Arringhius eam repetens perperam ΩE pro ME. Plures vidit epigraphes Fabrettus, inter quas Graecam unam, interciſis verbis, & ſyllabis ita puncto diductis. *tom.* 2. *p.* 260. *pag.* 376.

Verum nullibi umquam viſa vel compendia vel ſigna continet Heracleenſis inſcriptio, quae paucis abhinc

hinc annis Londini, & Veronae in *Oſſervazioni Letterarie* tomo tertio, publici iuris eſt facta. Ante finitorum nomina verba haec, & verbis hae literae, praefiguntur. ΓΕ ΤΡΙΠΟΥΣ. ΠΕ ΚΑΡΥΚΕΙΟΝ. ΑΙ ΠΕΛΤΑΙ. ΚΝ ΘΡΙΝΑΞ. ΜΕ ΕΠΙΣΤΥΛΙΟΝ. ab ipſa aenea tabula Londini exſcripſi. Videſis, amice Lector, antedicti tomi tertii paginam 298. Quid haec verba ibi poſita ſibi velint, & quid praepoſitae literae, divinari nequit, eo quod peculiaria ſint, & ἐπιχώρια ſymbola. Forte unicuique ex quo vico eſſet praemittebatur, & vicorum ea ſunt nomina:

Τρίπους· Φιλώνυμος

Καρύκειον· Απολλόνιος·

ac ſi Romae ſcriptum fuiſſet exempli gratia:

Caput Africae. Valerius.

Equus aeneus. Marcius.

Et forte praemiſſae ſyllabae, quarum unaquaeque duabus literis conſtat, vicorum, regionum, tribuum, cu-

curiarum inſignia denotabant. Sibae, a Strabone memorata gens, *lib.* 15. clava denotabantur, quam propterea bobus, & mulis ἐπικεκαῦσθαι inurere ſolebant. Literae autem nota equis ſaepius inurebatur, ut de progenie conſtaret: hinc Καπποφόρους Lucianus memorat, & σαμφόρας Euſtathius, hoc eſt σὰν, ſcilicet ſigma, φοροῦντες; & hinc ob ſtigma Κοππατίαν denominabat Strepſiades quadrupedantem, quem emerat. *ad Il.K.* *Ariſt. Neb. Sc.* 1. Plures tribus, & curias in ea civitate mirari non deberemus, quae magna & eximia fuit, ſiquidem *aequiſſimo iure & foedere* Romanis iuncta. *Pro Arch.* Heracleenſes, ac Neapolitanos *iuris ſui libertatem* Civitati Romanae antetuliſſe, Tullius docet. *Pro Balbo.* Quod ſi quis eorum, qui ad Heracleenſem Senatum renunciant, patriam per eas literas innui vellet, in iis regionibus, quae ſic incipiant facile reperiret loca. ΓΕ. *Genuſinos* memorat Plinius, quos Calabriae adſcribit Frontinus. ΠΕ. *Pl. l.* 3. *c.* 11.

Pe-

Petellinos inter Bruttios computat
Liv. l. 23. Livius. AI. Αἰαίης portus ab Apol-
Apoll. l. 4. lonio laudatur; *Aeaeaeque inſula*
Aen. l. 3. *Circes* a Virgilio, ubi Servius, *tres ſunt diphtongi.* ME. *Medma*, aut *Meadma* in Bruttiis fuit. ΓΝ. Γνωσσὸν quidem nimis e longinquo arceſſeremus, ſed quis oppida omnia regionum illarum novit?

Cum ob compendia quae continet Inſcriptionem Ticinenſem pluries in teſtimonium adduxerim ignotam adhuc, & immemoratam; cumque Horatianum illud probe norim,

l. 1. Ep. 19. *iuvat immemorata ferentem*
Ingenuis oculiſque legi, manibuſque teneri,

praeclarum monimentum publica luce dono. Praeclarum quidem ob Conſules enunciatos, qui anno Chriſti MCCCCLXXI proceſſere; ob *Domini Noſtri* titulum Orientali Imperatori adpoſitum, quamvis in Italia Imperio potiretur Anthemius, quod tamen Syris loquentibus imputari poteſt; & ob Macedonica men-

menſium nomina, quae in Syria quinto Chriſtiano ſeculo adhuc perduraſſe diſcimus. *Patricius* heic hominis non dignitatis eſt nomen: de Patricio Aſparis filio illius aevi Scriptores multa referunt. Inſcriptionem urbs Ticinenſis ſervat in fronte eccleſiae S. Joannis in Burgo, ſed tam alte incluſam, ut qui incluſere, legis formulae minime obſecundarint, quam recenſet Valerius Probus, & apparet in aenea lege Grut. p. 509. *ut de plano recte legi poſſit*. Olim ubi primum conſpexi, viribus tunc integris, (*ret,*
Jucundum cum aetas florida ver age- *Catull.*
iuſſi ſtatim, ut *aëreum* mihi *portaretur iter*; *Statius.* cuius ope (longe quidem illo minus ardui, quo ad Secuſini Arcus titulum poſt multos annos me ſublimavi) ad inſcriptum marmor cum perveniſſem, exſcripſi diligenter, literarum formam exacte ſervans, ac referens, quam ante oculos hic proponendam cen-

ſui. Nullum praeſenti lucubrationi magis competens inveniri monumentum poſſet, cum tot compendiis, & contractionibus forte aliud abundet nullum. Qui eius mentionem fecerit, unice Alciatum reperio: is in libro *Diſpunctionum* tertio *de ordine dignitatum* agens, ex eo *collegit*, Probianum *tametſi Conſul eſſet, ſolummodo Clariſſimum fuiſſe*.

Ἔνθα ἀναπαύονται οἱ καλοκαγαθοὶ Πατρίκιος καὶ Παῦλος, γνήσιοι ἀδελφοὶ, υἱοὶ Αβϐώγα, καὶ .... ωτατων ὁρῶν Απαμέων·

Ἔτι προσετέθη ὁ τῆς μακαρίας μνήμης Πέτρος νήπιος, ἔκγονος τοῦ προγεγραμμένου Πατρικίου, υἱὸς Θεοδώρου καὶ Ἐυφημίας· Ἐτελεύτησεν μηνὸς Γορπιαίου ἕκτῃ ἐν ὑπατείᾳ τοῦ δεσπό-

ΕΝΘΑΑΝΑΠΑΥΟΝΤΑΙΟΙΚΑ
Κ ΠΑΥΛΟϹΓΝΗϹΙΟΙΑΔΕΛΦ
------ΩΤΑΤΩΝΟΡΩΝΑΠ

ΕΤΙΠΡΟϹΕΤΕΘΗΟΤΗϹΜ
ΠΕΤΡΟϹΝΗΠΙΟϹΕΚΓΩ
ΠΑΤΡΙΚΙΟΥΥΙΟϹΘΕΟΔΙ
ΕΤΕΛ ΜΗΝΙϹΓΟΡΠΙΕΟΥϹ
ΗΜΛ Ε ΩΝΟϹΤΑ̃ Κ ΠΡΟ

Digitized by Google

πότȣ ἡμετέρȣ Λέοντος τὸ τέ-
ταρτον ϗ Προβιανȣ̃ τȣ̃ λαμ-
προτάτȣ·

Hic requieſcunt honeſti & probi Patricius, & *Paullus*, *germani fratres*, *filii Abbogae*, *&.....ex longinquis finibus Apamenſium*.

Adiunctus etiam eſt felicis memoriae Petrus infans, *nepos ſupraſcripti Patricii*, *filius Theodori*, *& Euphemiae*. *Deceſſit Gorpiaei menſis die ſexta*, Do*mino noſtro Leone quartum*, *& Probiano Clariſſimo Conſulibus*.

NUMERALES GRAECORUM IN INSCRIPTIONIBUS NOTAE.

NUmeri ut plurimum communi more etiam in lapidibus deſignantur.

ET. Θ. M. I. HM. IB. Gr. 685. 12. *Annos IX. menſes X. dies XII.*

pag. 315. ETHI KAI M. in Diario Italico P. Montfauconii transfertur *annos quinquaginta* : at numquam vidimus δέκα numeris praemitti centenario minoribus. Intelligamus ergo *unum & quadraginta*, I Latinorum more accipientes, cum in eadem inſcriptione habeatur ἐν τῷ μένσι Οκτωβρίου.

Laterales literae ſeparatim poſitae in Veronenſi n. 27. in Oxonienſi p. 89. in Terminali 210. 1. numerales ſunt notae.

Ж Ψ N. Gr. 760. 6. *denaria* DCCL. denarii nota a Latinis accepta, quam nuper memoratum Diarium

non

non ad marmoris fidem repraeſentat Graecum titulum afferens, quem Florentiae inſpexi: Gruterus 749. 4. Λ adiecto magis deflexit. In hac inſcriptione, in Reineſiana ubi PNZ. *pag.386.* & in aliis nota numeralis maior anteit, ſerie a dextra in laevam procurrente, ut mos eſt apud nos ſcripturae: contra in aliis multis praecedit minor, & ultima primitus enunciatur, Orientalium ſcribendi more; ut in hac apud Smetium 32. 14.

ΕΤΟΥϹ Ζ̄Μ̄Φ̄. *Anno* DXLVII. In Veronenſi n. 48. (eadem eſt ac Gr. 327. 1.) utraque methodus alternat ſic:

Κ̄ Ϛ̄ ΚΑΙ Ξ̄ Κ̄ L. *vigeſimum ſextum, ac ſeptimum & vigeſimum annum*. Sic enim marmor, non ut habet Gruterus. Deinde ΚΑΙ Η̄ Κ̄ L. & inferius ΕΙΣΤΟ Θ̄ Κ̄ L. *viceſimum octavum*, ac *nonum & viceſimum annum.*

Lineolae, quae ſuperſtant, in lapidibus modo adſunt, modo abſunt; modo ſignificationem mutant, &

 in

in milliariam tranſferunt; modo non mutant, & nihil augent. Aliquando literae ipſae ſine adiectione ulla numeros milliarios valent; puto, quia ſignum quoddam ſupra, vel ſubter (ut ſcribentes facimus) vel ad latus, lapicida praetermiſit. Multo ſaepius praetermiſere exſcriptores, vel typographi: hinc

⋊ ΖΦ. in Oxonienſi pag. 94. *denaria ſeptem mille & quingenta*.

⋊ Α. in Oxonienſi p. 272. editionis prioris: *denarios mille*. Praeclariſſimus amicus heu praecoci nimis fato raptus, Ioſeph Bimardius, Α & Β. *mille*, *& duo millia* vertit in Cl. Muratorii collectione pag. 809. & *quingentos*, ac *trecentos* Ε & Γ p. 679.

⋊ ΒΦ. in Palaeographia p. 162. *Denariorum duo millia & quingentos*. Tres eaſdem notas inſcriptiones ſervant quam plures ex ineditis Aſiaticis a Cl. Chishull collectis, quas manuſcriptas ſervo. Oxonienſis in

edi-

editione ſecunda num. 167. explicate profert, δηνάρια δὶς χίλια πεντακόσια·

Tribus iiſdem notis deſinere debebat etiam Gruteriana 749. 4. ſed cum in marmore Florentiae a me inſpecto lateralis lineola ad B literae dextram appicta fuerit, qui exſcripſit, Λ ſeparatim formavit, & numerum inexplicabilem reddidit. De notis aliis agens monuit Herodianus Grammaticus, *cum augendus eſt numerus*, quaſdam notulas *ad dextrum apponi latus*, *cum minuendus*, *ad ſiniſtrum*. Tribus illis claudi pariter debuit Sponiana Miſc. p. 331. in qua literae B importune A praeponitur.

Mendis multoties involvuntur omnia. Abnormes ſunt notae Gruterianae 169. 3. Aberrant prorſus numerales Itin. p. 10. emendantur in Palaeographia. In Oxonienſi pag. 93. Synnadicarum columnarum numerum inſueta figura typographus repraeſentat; verum ea in marmo-

re conſpicua non eſt, ſed evanuiſſe inſpectans deprehendi. Idem prorſus dico de obſcurioribus notis, quae Oxonienſi tertiae tribuuntur in editis, & de quibus doctus
pag. 72. Seldenus, *quid ſibi velint omnino neſcimus nos*; nam cum eo loco detritum ſit marmor, & corroſum, qua figura vere fuerint, divinari nequit.

ΑΖ̄ΠΩ. habetur in monumento a Cl. Vignolio cum aliis multis exhibito poſt Diſſertationem de Columna Antonini. Ut ea ſigla extrices, nequidquam laborabis. Numeros latere crederes: ſed lapidem Romae vidi, in quo ita ſculptum eſt: Θρέψαντι ΑΞΙΩ. *Digno Nutricio*.

Ολυμπιάδι CM malis avibus ab in-
314. 1. terprete Gruteriano appicta fuit *Olympias CXL*, cum litera C, quae poſt antiquiorem aetatem in Σ locum ſucceſſit, numerum ducenanarium deſignet. Etiam pro ſenario uſurpatam docet Scaliger ad
pag. 105. Euſebium, ac ſi epiſemi maiuſculam re-

repraeſentaret. Verumtamen fallitur: Hippolytea Cathedra pro ſexto non C ſed S iterato adhibet, & inſcriptio, cui Scaliger innititur, in Muſeo noſtro ſpectatur, nec C praefert, ſed ᑕ, quae figura in Sicula Terminorum eadem ſignificatione adhibetur. Patres Bollandiſtae ad Maii XX monumentum afferunt cum conſueto epiſemo ς. at in marmore, quod Ravennae olim vidi in Camaldulenſium bibliotheca, hac facie comparet Ƽ. Verba in eo hac interiectione diſtinentur ſ. quae interpunctionis ſunt notae, non doloris, nec pro *transfixis cordibus* habendae, ut celebri viro viſum.

In Epochis Syromacedonum notari a Laodicenſibus dicitur annus CLXII *Diſſ.* 3.
his literis BZP. additurque: *litera* *c.* 2.
media numeralis Z *pro* Ξ *in nummis ſaepe ſubſtitutam recte obſervat V. Cl. Spanhemius, aliique eruditi nummorum interpretes*. Liceat nihilominus dicere, neque in nummis,

ne-

que in lapidibus pro Ξ numquam me vidiſſe Z, ſed multoties utique Ƶ, quamquam brevior, & intermedia lineola in exeſis nonnihil monumentis vix aliquando agnoſcatur, atque oculos fallat. Quis credat numerorum uſum ita perverſum antiquitus, ut eadem modo ſeptem ſignificaret nota, modo ſexaginta? Idem dicas de antiquiori Z literae forma ⌶; quae in Gabalenſium nummo pariter pro Z figuratur, cuius occaſione Spanhemius: *confuſae nempe duae illae literae* Z & Ξ *ob ſonum haud multo diverſum*. At cur confuſae in monimentis fuiſſent literae, quae numquam in ſcriptis confuſae ſunt? ne dubitemus ergo ſeptenum numerum ſic notatum pariter fuiſſe Ξ. quod ſi aliquando omiſſa fuiſſet lineola, errori, & ſcalptoris negligentiae imputandum eſſet.

Diſſ. 2. *p.* 99.

In univerſum praeſcire oportet, omnis generis numeros, primitivos, derivativos, ordinales, diſtributivos,

vos,

vos, ſive ut Priſcianus loquitur *diſpertitiva, quae Graeci vocant διαιρετικὴ*, & numerica quaecumque vocabula ſiglis hiſce notari: quamobrem qui reddere latine velit, & ab omni ſe immunem errore praeſtare, ſibi caveat opus eſt, eadem enim litera *tres*, *ter*, *trinus*, *tertius*, *tertia vice* ſignificandi poteſtatem habet, quibus vocibus res immutatur, & ſtatus. Ubi vides ὕπατος B. legas δεύτερον, non δὶς.

Ē. Bis habetur in Gruteriana 314. 1. quam ad impluvium Farneſiani Palatii Romae conſpicere eſt. Multa noviſſe oportet ad antiquos ludos ſpectantia, ut haec nota in eo marmore intelligatur. Latina verſio reddit V̄. quod eo loco nihil dicit. De inſcriptione perdocte egit Scaliger in Emendatione temporum, ſed interpretationes primo *Quina*, ſecunda vice *Quinque* non probo, nam turbant ſenſum, & non collineant. Ludi habebantur annui, & habebantur quinquennales,

les, eodem nomine nuncupati. Aſclepiades, qui & Hermodorus, vicerat in Panathenaeis quinquennalibus, & in quinquennalibus Aſiae Communibus. Maiori apparatu Quinquennales celebrabantur, propterea peculiariter connotantur. Explico igitur utroque loco:

Ē. Πενταετερικὰ, *Quinquennalia*.

ΤΡΙΣΔ. Spon. Miſc. p. 356. Τρισκαίδεκα *tredecim*.

ΤΩΝΧ. pag. 319. ἡ βουλὴ Conſilium *mille hominum*.

ĒKĪANΔΡΩΝ. Πεντεκαιδέκανδρον *Quindecimvirum*. Grut. 425. 2. & 495. 2. eadem enim inſcriptio eſt, ſed bifariam diviſa, quod non animadvertit Cl. Montfauconius, qui integram ex ſchedis attulit. Ipſe quidem explicat ἱερεεκκαιδέκανδρον, quae vox eſt nihili, & quinarii numeri ſignificationem non continet: poſt ἱερέα verbum aliud habebatur, ut puncta indicant apud Gruterum.

ΤΟΙΗΥΠΑΤΟΣΤΟΓ. 315. 9. Tribunitia poteſtate *decima octava*, *Conſul*

ſul ter: non tertiùm, modo velimus exacte loqui: neque enim tertia vice tunc Conſulatum gerebat Adrianus, immo a multis annis non geſſerat.

ΤΟΙΠΠΑΤΟΝΤΟ Γ. Oxon. pag. 293. Tribunitiae poteſtatis *anno decimo*, *Conſulem ter*. De Adriano item agitur, qui poſt Conſulatum tertium, *ſequentibus XIX. annis perpetuo ſe Conſulem III inſcripſit*, ut Fabrettus monuit, Seldeni errorem arguens, qui Tribunitiam poteſtatem tertiam reponendam putabat, ut Conſulatui tertio congrueret. *Fabr. Inſ. p.* 483.

ΤΟΘ. ΤΟΙΕ. ΤΟΗ. Tribunitia poteſtate *nona*, Imperatori *quintumdecimum*, Conſuli *octavum*. Apud Sponium Miſc. p. 353. Deinde:

ΣΕΒΑΣΤΩ ΤΩΘ... ΤΟΒ. Cos. Domitiano *Auguſto IX. Q. Petilio Ruſo iterum*. Et de Antonino Pio ΤΟ. ΚΑ.. ΤΟΒ... ΤΟΔ. *vigeſima prima*, Imperator *iterum*, Conſul *quartum*.

ΤΟΒ

ΤΟΒ ΠΡΟΤΟΝ ΑΡΧΟΝΤΑ. 448. 1. *Bis Archontem primum.*

Γ ΝΕΩΚΟΡΟΣ. Oxon. p. 277. *ter Neocora* Smyrnaeorum civitas.

ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ Β Ι. Spon. Miſc. p. 329. *Praetoris duodecima vice.*

ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΤΟ Β. *Primo Archonte iterum*; apud eumdem pag. 341. Paulo ante ΠΟΛΙΟΥΧΟΥ Β. *Civitatis defenſore iterum* pag. 364. Γ. Δ. *ter*, *quater*, in eadem. In Oxonienſi pag. 70. Β. & Γ. non duo, & tria connotant, ſed *bis*, *ter*,

ΤΟΝ Β ΚΛΑΡΟΝ. 210. 1. *ſortem ſecundam*. ΤΟΥ Δ. *quartae*.

ΙΕ ΛΕΓ. 458. 1. *decimae quintae Legionis*.

Λ. τριακοστῆς· *trigeſimae*. 495. 2.

Graeca monumenta poſt Romanos rerum dominos factos inciſa, menſium dies per Idus & Kalendas recitant; uti autem hoc ſiglo ſolent: ℞. quod in *Notarum interpretatione* ad Gruteri calcem explicatur πρὸς. Hinc Fabrettus: *compendium illud loco adverbii* πρὸς *ſignificando*

pag. 104. Fabr. p. 587.

tem-

tempori adhibitum. Neutiquam tamen πρὸς ſed πρὸ ſub ea nota perpetuo venit; & ab hoc errore infiniti fluxerunt: cum enim *ad* loco *ante* intellectum ſit; Latini libri innumeris locis *ad* perſcribunt, ubi *ante diem* legi debet, quod ſuo loco animadvertemus. Cum ergo Latinis *III Kalendas* ſit *tertio ante Calendas*, Graeci praepoſitionem ſemper enunciant. Gruteriana p. 428. ĪA ΠΡΟ ΚΑΛ ΑΠΡ. hoc eſt ἐνδεκάτῃ πρὸ καλανδῶν Ἀπριλίων· *die XI ante Calendas Apriles*. Dionyſius Halicarn. lib. I. utitur adverbio πρότερον: ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς· *diebus ſeptemdecim ante Solſtitium aeſtivum*. Apud Gruterum 315. 9. ΠΡΟ Γ ΝΩΝΩΝ ΜΑΙΩΝ redditur. *Pridie III nonas Maias*, cum reddi deberet *ante diem III nonas*, hoc eſt die tertio ante nonas. In 314. 2. *pridie nonarum* probe vertitur, quia Graece eſt ΠΡ Α ΝΩΝΩΝ. ac ſi diceret, *ante primam nonarum*; ut

in

in teſtamento S. Gregorii Nazianzeni apud Briſſonium *πρὸ μιᾶς καλανδῶν* expreſſe. Verum haud probe quod ſequitur *ſecundum Alexandrinos Pachonia*: ΠΑΧωΝΙΑ ſcilicet eſt *Pachon*, Aegyptii menſis, dies *undecima*.

ΤΗΠΡΑΝΩΝΩΝ. *Pridie nonarum*: ac ſi dicerent *ante nonarum primam*. 314. 2. At 315. 9. ΠΡΟΓ non eſt *pridie III nonas*, ut ibi redditur, ſed *tertio nonas*; hoc eſt *ante diem nonarum tertium*.

ΠΡ. I. K. C E Π. *ante diem decimo calendas Septembres*. Fabret. p. 587.

ΠΡΟΖΚΑΛΟCΤ. *ante diem ſeptimo calendas Octobres*. ΠΡΟΔΕΙΔCΕΠΤ. ita ſcribendum. *IV idus Septembris*: apud Arringhium l. 3. p. 591.

ΠΡΕΚΑΛ. Spon. Miſc. pag. 354. *ante diem quinto calendas*. Habemus apud Thomam Smith in ſeptem Aſiae Eccleſiarum Notitia pag. 58. ΠΡΟΤΡΙΩΝΝΩΝΩΝ ΜΑΙΩΝ explicate.

ΠΡ Δ̄ Ν Ω. *ante diem IV nonas*. ΠΡ ΙΑΚΑ.

an-

ante diem XI. calendas: in S. Hipolyti Cathedra. In eadem SS. quae παρακεντήσεις ibidem vocantur. Stant pro ϛϛ duplicato τῷ ἐπισήμῳ ad denotandum biſſextum: vox enim inde orta, quod anno intercalari *ſexto calendas Martii* dicamus bis. Pro ſenario numero occurrit aliquando Ƨ, & Ε, & Ϛ, & IƧ pro XVI. & ƧEI pro *ſexto idus.*

Nono ſeculo Baſilius Macedo numeros per antiquas notas παλαιοῖς σημείοις deſignari vetuit, ne fraudi eſſent idiotis imperitiſque hominibus, omneſque literis perſcribi iuſſit infimo etiam vulgo agnitis, & perſpectis: Cedrenus tradidit.

Nihil hactenus diximus de antiquiori numeros conſcribendi ratione apud Graecos, quam ab Inſcriptionibus didicimus. Atticorum ea propria fuit. Terentius Scaurus, quem *Grammaticum Adriani temporibus nobiliſſimum* appellat Gellius: *Attici, qui principes literas vocum a quibus earum nomina incipiunt*, pro nume-

G ris

ris notant. Et alio loco: *quoties unum notant, I literam ponunt, quoniam apud illos μία ἴα dicitur*. Ita ſcribi antiquitus conſueviſſe, ab Homero diſcimus Odyſſ. Ξ. τὴν μὲν ἴαν Νύμφησι· *unam quidem partem Nymphis*: propterea Herodianus: *unitatis numerum ſignificat unum iota*: proſequitur, quinque alias literas, quibus in hanc rem utebantur, ſic explicans.

Π πέντε. Δ δέκα. Η ἑκατὸν (aſpiratio eſt, quae ante literam tamquam litera ſignabatur: in lapide Sigeo ΗΕΡΜΟΚΡΑΤΟΣ.) Χ. χίλια *mille*, Μ. μύρια *decem mille*. Ut quinquaginta, vel quingenta dicerent, Δ vel Η in ventre Π literae collocabant. Hoc modo Oxonienſium epocharum numeri omnes notati ſunt: eodem quos continet inſcriptio in poſtrema editione Oxonienſis Appendicis decima tertia, quam docti enarratores non attigerunt. In illa ΔΡΑΧΜΑΣ ΜΧΧΗΗΗ. *duodecim mille, & trecentas*. Deinde Μ·ΧΧΧΧ. ob quam

quam interpunctionem, ſi authentica eſt, cogitabam, num μεγάλας legi deberet, ac ſi in ea civitate magnae, & parvae drachmae diſtinguerentur, ſicuti talentum maius habebatur, & minus. At verſu quinto ſcribitur etiam

MIXHHH. ita ut anceps fuerim, num drachmae *Mileſiae* ibi memorentur, ut in Corcyrenſi ampliſſima *minae Corinthiae*. Intelligere etiam poſſumus drachmarum *myriadem unam cum mille trecentis*. *Diar. Ital. p. 412.*

At numerales nullibi umquam viſas ſervat notas Muſei noſtri inſcriptio num. 28. Atticae videntur, & profecto in Atticas vergunt, ſed inter illas videſis, amice Lector, ignotas figuras, & collocationem, diſpoſitionemque animadverte, qua omnino inexplicabiles reddantur. Milliarii numeri non apparet nota, qua de cauſſa opinatus primo ſum, cuſpidatam illam eius vicem ſupplere: ſed qui admitti hoc poſſit, cum bis habeatur poſt H? Il-

la etiam, quam decadem indicare putes, quid ſit ambigimus, cum eam bis intuemur poſt Π. Cur etiam Π ante unitates quinque? Ego quidem quid haec *ἐπιχώρια* aenigmata ſibi velint, ignorare aperte fateor.

In 28. ↑ΠΡΡ: ΠΙΙΙΙΙ: ΡΡΡΡΓ:
ΠΡΡΡ: ↑↑ΠΙ: ΗΡ: ↑ΡΡ: ↑↑↑Γ:
ΜΗ↑↑ΡΡΙΙΙΙ: ΗΗΗΗ↑ΠΡΡΡΙΙΙΙ.

Claudemus de ſingularia ſermonem inſtituentes, quae doctorum mentes aliquando torſit, pluribuſque concertationibus locum dedit; nempe de L litera, quae praeſertim in Graece loquentibus Aegyptiis nummis, & item apparet in porphyretico marmore Muſei noſtri. Cum hoc in rem ſuam adduceret magnus Scaliger *Emendans Tempora*, ineptire affirmavit, qui *λυκάβαντα* interpretantur, neutiquam e-
pag.482. nim annorum, ſed in ea *ſtela numquam ſatis laudata Luſtrorum* mentionem fieri. Exinde in *Corrigen-*
pag.308. *dis* Gruterianis, *ſic & in nummis*

L eſt

L eſt Luſtrum indictionum non λυκάβας, ut hactenus inepte creditum. Hanc notam *nimis inepte* ab antiquariis explicari, vir alter maximus non dubitavit promere Caſaubonus, qui tamen, mira quidem cogitatione, *non literam eſſe, ſed circumductionem quamdam* autumavit. Reineſius vero Scaligeri veſtigiis prorſus inſtitit: *mihi Scaligeri ſententia veriſſima viſa.* Fuere qui nec lycabanta, nec luſtrum intelligerent, negantes L literam eſſe apud Graecos. Verumtamen λυκάβαντα deſignari, e lapide ipſo noſtro manifeſte evincitur, quem Scaliger non ſatis expendit. Quid enim agi in eo de Agone Capitolino comminiſcitur, qui Romae in Capitolio, atque in Capitolini Iovis honorem celebrabatur? qui a Graecis non *Luſtrum* dictus, ſed Καπιτώλια ἐν Ρώμῃ, ut a Cyriaco diſcimus, & e Sponii marmore, & in quo ingenioſarum artium, Poetices praeſertim, cer-

ad Suet. Aug. c. 87.

Rein. epiſt. 48.

Cyr. p. 30.

Itin. T. III. pag. 222.

tamen inſtituebatur, adeo ut qui vicerat dicatur in Panviniana Inſcriptione, *coronatus inter Poetas Latinos?* cum Graeca haec epigraphe nihil niſi Graeciam ſonet, & Gymnaſium, & Aliptas, & Mercurio, atque Herculi dicatos gymnicos ludos. Nec animadvertit Scaliger, Batonem noſtrum primitus Gymnaſiarchi munere functum dici ΕΦ ΕΤΗ ΔΥΟ. deinde id muneris rurſus ſuſcepiſſe ΕΙΣ ΤΟΚC ΚΑΙ Ξ ΚL ΚΑΙ ΗΚL. poſtremo exorari, ut etiam denuo capeſſat ΕΙΣΤΟΘΚL. quibus ſatis patet, ut officium primo ſuſceperat *in annos duos*, ita exinde in annos tres, ſcilicet XXVI. & XXVII & XXVIII. tandem in annum Gymnaſii XXIX. Non erat ergo cur hic P. Petavius ambigeret, num annus ipſe, an *aliud quidpiam quod annuum eſſet*, deſignaretur. Levat nos hac diſputatione omni Vandalius, ſi editioni ab eo procuratae fidimus, nam pro L ſcribit Λ. Idem ſingulos annorum numeros in verſio-

Grut. p. 332.

Doctr. tempor. l. XI. c. 20.

pag. 590.

ſione extenuat, uno minuens. Luculente ut ſolet hoc argumentum, praeſertim adverſus Scaligerum, pertractavit Card. Noriſius in Epochis, qui etiam Harduini commentum explodit, pro L inverſa etiam Γ literam aliquando accipientis. Et ipſe tamen pauliſper declinavit Noriſius noſtras, ſecumque Fabrettum traxit, illud etiam animadvertens, quod inferior linea protrahatur quandoque, & a communi typo aliquanto deflectat. Verum ubi ea parumper inflectitur, ad parandum ſubſequentibus numeralibus locum id factum eſt. Petenti autem, *ſi λυκάβαντα deſignare voluiſſent, cur non initiali litera* Λ *uſi fuiſſent*, repono credi poſſe, antiqua uſos eſſe ad ambiguitatem evitandam: ubi enim ΛB exempli gratia ſcalptum videremus, ambigi poſſet num litera Λ haberetur an numeralis nota, & num annus indicaretur ſecundus, an trigeſimus ſecundus: quae dubitatio

Diſſ. 4. *c.* 1.

Fabr. 428.

archaiſmi beneficio tollitur. Latinum L Graecorum quoque antiquitus fuiſſe, indicio eſt vetuſtiſſima Athenienſis tabula inter *Galliae Antiquitates* exhibita, in qua Λ valet Γ, & lamda non ita quidem ut a Sponio repraeſentatur, ſed ita ſemper V effingitur, ad latinum typum valde accedens. Bene habet, me de hoc in praemiſſa inſcriptioni Epiſtola monuiſſe, nam Pariſienſis typographus literarum formas, ut in autographo dederam non expreſſit. Mirum non eſt, in hoc elemento cum priſcis Graecis Latinos conſenſiſſe, nam *formae literis latinis, quae veterrimis Graecorum*, ex Tacito; *& veteres Graecas fuiſſe eaſdem pene, quae nunc ſunt Latinae*, aetate ſua docebat Plinius. Vocem autem λυκάβας ad annum ſignificandum remotiori aevo adhibitam Homerus oſtendit Odyſſ. ξ.

pag. 83. *Ann.*xi. *l.*7. *c.*58.

Τοῦ δ' αὐτοῦ λυκάβαντος ἐλεύσεται ἐνθάδ' Ὀδυσσεύς

At

At novam mihi de hoc ſiglo concertationem olim exoriri memini cum amiciſſimo, & ſupra quam dici poſſit erudito viro, Salvinio meo, cuius non ſine benevolentiae ſenſu etiamnum mihi recordatio ſubit. Cum igitur de hac litera inter nos aliquando incidiſſet ſermo, initialem nominis Ἔτους in multis nummis, & in lapidibus eo modo adumbratam contendebat, inchoatam ſcilicet, & forte ob anguſtiam ſpatii minime abſolutam; neque enim λυκάβας vocem eſſe niſi a Poetis, & in re Poetica uſurpatam: quae illi ſententia magis inſedit, cum ſuggeſſi, articulum neutrum in marmore noſtro huic notae praeponi, ΕΙΣ ΤΟ L. patere enim hinc aiebat, non maſculinum λυκάβαντα, ſed neutrum ἔτος ſubſequi: cum autem coniecturam hanc ſuam Veronenſis olim alter, Noriſius ſcilicet, amplecti pariter abnuiſſet, peculiarem quamdam de Veronenſibus querimoniam iucundiſſime in-

ſti-

ſtituebat. At imperfectam literam ultro concedi poſſet, ubi ſic uno & altero in monumento prodiret; ſecus autem, cum in tot affabre elaboratis nummis ea facie occurrat. Neque in Aegypto ſolum ea ſigla monetarii utebantur: viſitur enim in Sebaſtenorum, Tyriorum, Damaſcenorum, aliarumque Syriae urbium nummis: eſt apud me Sidonis cum ΘLΖΙΡ. Litera prior θεᾶς, ſecunda λυκάβαντος ſignificat: *anno* CXVII. Generis difficultatem ita diſſolvo, ut diſcere nos dicam a memorato marmore, nomen λυκάβας neutro etiam aſſignatum antiquitus fuiſſe. Quin exemplum alterum in Fabrettiano epitaphio conabar reperire.

pag. 425. Ἑπτὰ μόνους ΛΥΚΑΒΑΝΤΑΣ δύω καὶ μῆνας ἔζησα·

Vertit Nicaſius:

Septem tantum annos gemino cum menſe peregi.

At ſigma perperam intruſum ſuſpicari poſſumus, & legendum eſſe λυ-

κά-

κάβαντα, vertendumque, *Annos duos vixi tantum*, *&* *menſes ſeptem*. Metri ratio hoc docere videtur; *λυκάβαντα* autem plurali numero neutrum genus involvit. Duriuſcula quidem ea verborum tranſpoſitio videri poſſit, ſed ad annorum, & menſium numeros carmine enunciandos adhibitae multo duriores ſunt. Hanc obſervationem cum praelaudato viro attuliſſem, reſpondit fieri poſſe, ut ſibilantem literam Graeci quoque abſorberent aliquando, ut feciſſe Latinos, multoties, & ab Ennio praeſertim diſcimus: *Ap. Cic. Tuſc. l. 1.*

Egregie cordatus homo Catus Aeliu' Sextus,

& *volito viuu' per ora virum*; quin Homeri locum ſtatim protulit, in quo ut quantitati conſuleret, *ὅπερ* pro *ὅσπερ* dixit;

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων·

perdocte quidem; verum ſubſequitur in Epitaphio noſtro,

Ὧν τρεῖς ἐξετέλεν Διονύσῳ ὄργια βάζων, *Tres*

Tres quorum impendi reſonans ſacra Orgia Bacchi,

reſonans ſcilicet tintinnabulo, quod ſummo marmori inſculptum viſitur. Iam relativum ὧν multo veriſimilius eſt, ex proximiori nomine μῆνας pendere; quapropter neceſſe eſt, ut binarium numerum menſes exceſſerint. Quod dicebatur, λυκάβας vocabulum Poeticum eſſe, & carminibus deputatum, animadverſione illa mea diſcutio, quae mihi plura patefecit; nimirum Poeticam dialectum prius vix aliud fuiſſe quam veterrimam locutionem communem. Hinc Macrobius hoc ipſum vocabulum non a Poetis uſurpatum dixit, ſed a vetuſtiſſimis Graecorum quibuſvis: *annum vetuſtiſſimi Graecorum* λυκάβαντα *appellant*. Verumtamen quae fabulantes, ac iucunde diſſertantes afferebamus, nolim urgeantur nimis, & tamquam ſerio, ac pertinaciter aſſerta accipiantur omnia. Vox λυκάβας maſculino ge-

Sat. l. 1. c. 17.

ne-

nere ut ſolet habetur in eleganti hoc Gruteriano epigrammate, quod 1036. 9. in Latinum convertere intempeſtivum non puto.

ΕΒΔΟΜΟΝΕΙΣΔΕΚΑΤΟΝΤΕ
ΒΙΟΥΛΥΚΑΒΑΝΤΑΠΕΡΩΝΤ
ΑΜΟΙΡΑΜΕΠΡΟΣΘΑΛΑΜΟ
ΥΣΗΡΠΑΣΕΠΕΡΣΕΦΟΝΑΣΛ
ΑΜΠΑΔΑΓΑΡΖΩΑΣΜΕΔΡΑ
ΜΕΙΝΜΟΝΟΝΗΘΕΛΕΔΑΙΜ
ΩΝΤΟΝΔΕΜΑΚΡΟΝΓΗΡ
ΩΣΟΥΚΕΤΙΘΕΙΔΟΛΙΧΟΝ
ΑΡΤΙΔΕΦΗΒΕΙΑΣΘΑΛΛΩ
ΝΔΙΟΝΥΣΙΟΣΑΚΜΑΙΣΚΑΙ
ΣΕΛΙΣΙΝΜΟΥΣΩΝΗΛΥΘΟ
ΝΕΙΣΑΙΔΑΝΑΛΛΑΠΑΤΕΡΜ
ΑΤΕΡΤΕΠΡΟΛΕΙΠΕΤΕΠΙΚ
ΡΟΝΟΔΥΡΜΟΝΤΕΡΜΑΓΑ
ΡΕΙΣΜΕΒΙΟΥΜΟΙΡΕΠΕΚ
ΡΑΝΕΤΟΔΕ

Ἔβδομον εἰς δέκατόν τε βίου λυκάβαντα περῶντα
Μοῖρά με πρὸς θαλάμους ἥρπασε Περσεφόνας
Λαμπάδα γὰρ ζωᾶς με δραμεῖν μόνον ἤθελε δαίμων,
Τὸν δὲ μακρὸν, γήρως οὐκ ἐτίθει δολιχόν.
Ἄρτι δ' ἐφηβείας θάλλων Διονύσιος ἀκμαῖς,
Καὶ σελίσιν μουσῶν ἤλυθον εἰς ἀΐδαν.
Ἀλλὰ πάτερ μᾶτέρ τε προλείπετε πικρὸν ὀδυρμόν,
Τέρμα γὰρ εἷς με βίου μοῖρ' ἐπέκρανε τόδε.

Dum

Dum vitae excurrit decimus mihi ſeptimus annus,
Me Parca abripuit Perſephonae in thalamos.
Lampada enim tantùm vitae mihi tradere Daemon,
Non ſenii longum currere iter voluit.
Nuper ephebeis florens Dionyſius annis,
Muſarum & chartis, Ditis ad ima feror.
Aſt fletum materque paterque relinquite amarum,
Nam finem vivendi hunc mihi ſors ſtatuit.

Cum quidquid compendiorum in Inſcriptionibus Graecis continetur, complecti conſtituerim, non deerunt qui admirentur, multo plura in hoc laterculo a me digeſta non eſſe; in ampliſſimis enim monumentorum id genus congeſtionibus quaedam invenire erit neutiquam in eo recenſita. Verumtamen inſuetas verborum obtruncationes, ac ſingularias nihil dicentes inter ſuppoſitionis argumenta, interque titulos cur reiici inſcriptiones debeant, numerare aliquando pergam. ΣΣ. ΣC. HK. Δ. E. M. B. K. M. & conſimiles alienis locis, & ubi congrue ſignificare non poſſint depictas, praeſtat explodere. Ut inſigne

ali-

aliquod exemplum afferam, decurtatas continet dictiones multas Gruteriana 428. 11. In ea videas ΓΡΑΦ. ΠΑΡΗΣ. ΝΕΑΠΟΛ. ΑΡΧ. ΑΝΑΕΓΓΡΑΦ. ΚΗΔ. ΗΜΕΜΙΣΘ. ΛΙΒ. ΠΑΡΑΜΥΘ. ex quibus aliquid diſcere ſibi viſi ſunt eruditi Inſcriptionum illuſtratores in Corrigendis. Verumtamen haec ipſa mutilationum frequentia in Graecorum lapidum pertractatione verſatis non levem ſuſpicionem iam ingerunt, neque enim niſi aevo ſequiori obtruncationibus huiuſmodi Graeci aſſuevere. Deinde quid eſt Νεαπολίτης gentilitii nominis loco? quid ſibi vult ἐν προκλητο? ad publicum Decretum Graece conſcriptum quid facit ſepulcralis, privata, & Latina clauſula? Aliud quidem (iiſdem exhibentibus) conſimile Senatuſconſultum Neapolitanum Graece exhibetur, quod confirmavit Gudius, illuſtravit Reineſius in *Variis Lectionibus*, laudaverunt (praeclara nomina) Scaliger, & Caſaubonus. Attamen animadvertas oro iiſdem formulis ab eodem fonte, nempe

Gr. 1027 5.

pe

pe e Pontani domo, manaſſe. Inſpi-
355. 1. ce apud eumdem Gruterum duo Nea-
444. 2. politanae Civitatis genuina Decreta neutiquam Graece ſed Latine ac diſerte concepta; ex quibus conſtat, qua lingua in ea Civitate acta perſcriberentur: neque enim de Palaepoli, aut de remotiſſimis temporibus agitur, quibus *idem populus dua-*
lib. 8. *bus urbibus habitabat*, ut Livius tradit. Quod ſi Graece perſcripta fuiſſent, certe neque Attica neque communi dialecto, ſed Aeolica loquerentur, aut Dorica. Inſcriptionis initium ſi reſpicis, non Concilii pſephiſma ſed epiſtolam putabis afferri: *Octavius Octavio*. Centuriae nota importune, & extra locum ter intruſa: praenomina omnino ablegata: Grammatica parum conſulta: Graeci *Archontes* deliberant, & Latini *Decuriones* locum dant. Haec autem obiter, ne quae ad contextum ſpectant, & longiorem ſermonem requirunt, attingam.

Prolixa habetur inſcriptio apud P. Ban-

Bandurium in *Imperii Orientalis* tomo primo perpetuis compendiis involuta, quam more fere Hebraico, vocalibus ut plurimum ſublatis, nuperus aliquis nugator conflavit. Conglobatis ſingulariis votiva Inſcriptio deſinit apud Reineſium, quas nec interpretatus eſt, nec apte interpretari poterat, nec in vetuſto marmore umquam inſcriptas puto. Apud eumdem TEIΛ. compendium ne credas, nam marmor a me Florentiae inſpectum habet KAΛΛIKPA TEIA. In eodem K ſeparatum eſt nullum; nec interſtitiis diſtinentur verba, nec punctis, ſed Graecorum lapidum ſervatur uſus. Errata quoque, & exſcribentium παροράματα ſiglas interdum immutant, vel creant. Mendis huiuſmodi non omnino vacant Itinerariae Sponianae. Gruteriana 973. 2. incipit Θ H. Interpretantur aliqui Θεοῖς Ηρωσιν *Semideis*: at formulae novitas evaneſcit, ſi eamdem inſcriptionem apud Boiſſardum inſpicias, a quo ſic profertur. Θ. K. θεοῖς καταχθονίοις.

pag. 97.

pag. 199.

tom. VI. 40.

Conſultus aliquando per literas fui, quid ſibi vellent, apud Gruterum in
672.13. Romanae Inſcriptionis exitu poſt NHNAC ſingulariae B. MΥ. A. Primo intuitu legendum putavi MHNAC. B. HM. A. *menſes duos*, *diem unum*. Sed cum animadvertiſſem, epitaphium metro alligatum eſſe, ſtatim comperi, nulla in marmore fuiſſe ſigla, & pro B. MΥ. A. ſcribendum fuiſſe BIΩCAC. aut BIΩCA, ut alia quaedam clauduntur ſepulcralia carmina. Intellexi pariter, ubi eſt TH, ſupplendum, ac praemittendum E; recteque Scaligerum repoſuiſſe ΓΛΥΚΕΡΑC ΜΕ ΤΕΚΟΥCΗC, minime vero ΤΕΣΣΑΡΣΙΝ.

Νῦν Βασίλειος ἐγὼ βρέφος ἄιλινον ὧδε Μακρεῖνος,
Πατρὸς Μακρείνυ, Γλυκερᾶς μητρός με τεκούσης,
Οκτὼ ἔτη πλήσας, πρὸς τούτοις μῆνα βιώσας.

Nunc Baſilius ego, miſer infans, bicce Macrinus,
Macrino patre progenitus, Glyceraque parente,
Octo tantum annis iaceo, uno & menſe peractis.

Magnum adiumentum exhibet impoſita metricis carminibus lex genuinam corruptorum titulorum lectionem ſeruan-

rantibus. HMIHC in Gruteriana 399. 3. erant qui compendium putarent, & quomodo exponi debeat, quaererent. Monſtroſiſſimo Spondaico

HMIHC APXONTAC AOTITO AINECTHC ANTO

faciem aliquam, & formam reddere ſic experior:

Αιμιλίης Ἄρχοντα ἀγάκλητον ἀνεστήσαντο
Βουλὴ καὶ βασιλεὺς τὸν σοφὸν Ευσεβιον.

Praeſidis Aemiliae docti, celebriſque, Senatus,
Et Caeſar ſtatuunt effigiem Euſebii.

Haec habui de lapidariis Graecorum ſiglis quae dicerem: iam ad Latinas perquirendas, ac declarandas me confero.

JULIUS CÆSAR BECELLIUS

LECTORI.

CUm in exordio hujus libelli illa enumeraverim, quæ liber, quo Muſeum Veronenſe in lucem propediem dabitur, continebit; notitiam hic placet addere aliorum operum, quæ Antiquitatis amatoribus Maffeius noſter optat, & cogitat exinde tradere. Primo quidem favente Deo Arti Criticæ Lapidariæ manum admovebit, & ad complementum tandem perductam vulgabit, plurimis enim ab annis incompleta iacet, & ab auctore ſuo neglecta, ac ferme oblita. Secundo loco Inſcriptiones ab eo non ſolum ſed etiam ab aliis editas illuſtrabit; minime quidem ſingulas

perſequens, ſed generatim quot ab eiuſmodi monumentis diſcantur, & quot modis res literaria ab eis iuvetur, ac amplificetur enumerans, & recenſens: de uſu, & præſtantia Inſcriptionum antiquarum intelligis Lector rem eſſe, ſed valde diverſa, & utilior methodus adhibebitur, quam in opere ceteroquin erudito de Uſu & præſtantia numiſmatum. Tertius ſuccedet de antiquitatibus figuratis Tractatus. Nihil magis neceſſarium, magiſque expetendum affirmant, qui ſolida & iucunda gaudent eruditione, & ab erroribus innumeris & ferme incredibilibus, purgari cupiunt ſtudium Antiquitatis. Poſtremus labor in Etruſcis monumentis, lingua, hiſtoria verſabitur, neque enim hucuſque completi habentur editi ab Auctore in hoc argumentum libri: quamvis tertio præcipue a doctis omnibus tanta approbatione excepto, gentium, & linguarum ad oras Italiæ primitus appulſarum mira, & ferme evidens tradita ſit demonſtratio; ita ut Rudbeckii etiam, aliorumque omnium, qui Mundi initia

ad

ad axem gelidum revocant, & Sveogothicis, ac Celticis tot libros impleruntt larvis omnino profligatae excogitationes ſint.

Ad hæc omnia maxima pars materiæ parata eſt; nihilominus dicere Maffeius ſolet, illam ſe teſtamento amicis legaturum eſſe, neque enim ſperare, ad id ætatis cum venerit, tot ac tanta præſtare amplius poſſe. Quis tamen crederet, opus aliud his omnibus longe amplius, ac prolixius illum olim moviſſe, atque ut vel ab eo, vel ab aliis in praxim deducatur, adhuc exoptare? Illius quidem his verbis meminit Franciſcus Heſſelius in Præfatione ad Inſcriptiones Gudianas. Scipio Maffeius, Reg. Mai. Victoris Amadei dedicans Hiſtoriam de Diplomatibus ſcriptam Italice (*prodiit anno* 1727) memorat ſe habere in manibus univerſalem Collectionem lapidum litteratorum ineditorum, aut ſparſorum, & commentarium de uſu & poteſtate Inſcriptionum. Hoc opus in acceptum ut referamus, Marchionem illuſtriſſimum,

& doctiſſimum non poſſumus amatores antiquitatis non precari. Conſpicitur iam ſub dedicationis finem Seguſinus arcus cum inſcriptione non prius illuſtrata: *addere debebat*, nec ab ullo uſque ad illud tempus exſcripta, aut lecta. *Verum eius Operis quatuordecim ab hinc annis volanti folio Italice, & Latine Proſpectus publicatus eſt, ex quo vera illius idea integre elucet. Proſpectum illum plures ob cauſas placet mihi rurſus hic exhibere.*



PRO-

PROSPECTUS
UNIVERSALIS COLLECTIONIS
Latinarum veterum, ac Graecarum, Ethnicarum, & Chriſtianarum
INSCRIPTIONUM,

Quem

nova Veronenſis Societas totius Europae doctis, reique antiquariae ſtudioſis hominibus exhibet, ac proponit.

CUm Marchio Scipio Maffeius antiquis eiuſmodi monumentis mirifice ſit delectatus, & cum per annos viginti maximam eorumdem copiam nondum vulgatorum collegerit; partim deſcribens ipſe, aut ſe ſpectante lapides, atque aeneas tabulas deſcribendas curans, partim a quam pluribus eruditis viris tranſmiſſas accipiens Inſcriptiones noviter effoſſas, & toto etiam Oriente, ac remo-

terae, emendans depravata, atque in eum ordinem diſponens ſingula, qui & ad ea recte intelligenda, & ad voluptatem ſimul cum utilitate conciliandam incredibiliter iuvet.

Nulla fere eſt inſignis Bibliotheca, quae inter praeſtantiora volumina Gruterianum corpus non recenſeat; ſed iſtud quantum hodie abeſt ut ſatis ſit! quot poſt Gruterum amplae collectiones prodiere! quis volumina enumeret omnia, in quibus poſtmodum diſperſae Inſcriptiones ſunt? Adde quod apud Gruterum commentitia quidem multa, incorrecta, aut interpolata quam plurima, pluries repetita non pauca: adde quod Latina ibi cum Graecis, carmina cum ſoluta oratione, antiquae leges, & documenta cum titulis aedificiorum, ſequiori nonnumquam aevo inſculpta cum vetuſtiſſimis permiſcentur. Rurſus neceſſariae quaedam apud illum deſiderari videntur claſſes, & inutiles quandoque congeri. Deſunt etiam ex inſignioribus

ribus epigrammatis aliquot, quae ſuppoſititia perperam cenſebantur, cujuſmodi Piſana ſunt, quae Cardinalis Noriſius amplo illuſtravit volumine. Neque haec eo quidem conſilio dicta volumus, ut eximiae, ac maximae, quae Grutero profecto debetur, laudi, temporis praeſertim ratione habita, quo tantum theſaurum coegit, detrahatur quidquam; ſed ut plane conſtet, novum Inſcriptionum corpus his temporibus nobis omnino neceſſarium eſſe. Reineſius omnes ſuas retulit ex aliorum fide, & docte illuſtravit, ſed refecit ſaepe arbitratu ſuo. Fabretti ingens ac perdocta collectio, quod Indicibus careat, & inſcriptiones permixtim afferat, neque in ſuas claſſes diſpertitas, parum utilis iis omnibus eſt, quibus ceteroquin plurimo ſaepe uſui eſſe poſſet. Sponius item Indice nullo adpoſito, inſcriptionum praeclaras congeries dedit. In eo denique docti conveniunt omnes, nihil hoc tempore optimis literis, & prophanis, itemque ſacris ſtudiis magis

gis utile, ac neceſſarium fore, quam generalis, emendata, atque in ordinem apte digeſta veterum Inſcriptionum collectio.

Quam vulgamus, ampliſſimi huius ac difficillimi Operis notitia, non eo ſpectat, ut pecuniae opem, quod moris eſt, a ſubſcribentibus aucupemur, ſed ut non Italos tantum, verum etiam eruditiſſimos externarum provinciarum viros ad porrigendam excitemus manum; ſive monitis iuvantes, & conſiliis, ſive auxilium, & materiam ſubminiſtrantes. Qui ineditas, atque indubias penes ſe inſcriptiones habent, rogatos etiam atque etiam volumus, ut vel earumdem exemplar tranſmittant, vel illas typis quam citiſſime dedant, loca tamen, ubi lapides habentur ipſi, perpetuo deſignantes: aeque utriſque plurimumque debebimus. Quicquid autem quiſpiam mittendum iudicabit, Veronam dirigat ad Illuſtr. Canonicum Franciſcum Muſellium Cathedralis huius Eccleſiae Archipreſ-

by-

byterum ea circumſpectione, ut ne tabellarii ſumptus immodice gravent, de qua re mirum eſt, a multis hodie nullam ferme rationem haberi. Illud quoque optamus, ut ii omnes quibus haec arridebit cura, ſive citra, ſive ultra montes degant, nomen dare velint, atque corpus hocce redempturos ſe ſe ſpondeant, modo tamen collectionis ratio, impreſſionis modus, & pretii aequitas abunde ſatisfecerint. Praecocem hanc notitiam ea de cauſa optamus, quod illa tantum ferme exemplaria cuſuri ſimus, quae requiſita fuerint, ac nominatim expetita. Manum autem typographicis formis non admovebimus, niſi poſt annum circiter cum dimidio; collectionis ſiquidem ordinator longum prius aggredi iter parat, ſive in eas provincias, quas inviſit numquam, ſive in eas, quas tunc ſolum peragravit, cum id conſilii nondum cepiſſet. Multa profecto ſtudia ſunt, ad quae domiſedos eſſe, ut antiqua Inſcriptio loquitur, & ad bilychnen lucer-

cernam aſſidue lucubrare, nequaquam ſufficit; ſed curſum, & equos publicos advocare oportet in partem. Qui plurimis, ac diſſitis in locis infinitos pene lapides non obſervarit, neque illas veritatis, & fallitatis notas, quae ex ipſa ſculptura elici poſſunt, adſequetur umquam, neque ad inculpatim legendum ſatis exercitatus unquam erit. Quae in multis bibliothecis manuſcriptae collectiones ſervantur plurimae, parum adiumenti conferunt, praeſertim ſi a multo iam tempore congeſtae ſint: illos certe, qui fidem ipſis adhibuere, tranſverſos egerunt ſaepenumero, & in errrorem deduxerunt.

Ut de ordine aliquid innuamus, dicemus breviter, Graecas Inſcriptiones omnes Tomum primum complexurum eſſe. Initium Hiſtoricae facient, ac vetuſtiſſimae, quae pluribus ante Chriſtum natum ſeculis conceptae fuerunt, & ſcalptae. Subſequentur, quae Romanum imperium in Graecos anteceſſere: curae erit,

quae

quae eiuſdem generis ſunt, coniunctim afferre, velut quae Reges memorant, foedera inter populos, Civitatum decreta, quae ad ludos, & ſpectacula pertinent, aliaque id genus. Afferentur deinde poſt Romanorum dominatum inciſae, & praeter honoraria pſephiſmata, in ordinem digerentur Imperatoriae omnes, exinde Sepulcrales, & poſtremo ſingulari cum diligentia Chriſtianae. Continuata ſerie itidem coniungentur carminibus exaratae, inter quas poeticae gemmae appellari pleraeque poſſint; quo fiet, ut nova emergat Anthologia, & nobiliſſimae illius facultatis theſaurus novus. Documenta prolixiora; primo ut in marmoribus apparent, deſcribentur, deinde uſitato charactere, nec abſque interpunctione, & accentibus: e regione verſio erit Latina, quae in Graecis pluribus hactenus deſideratur. Verſu autem compoſitae Latinis reddentur verſibus. Inſigniores, obſcurioreſque animadverſionibus illuſtrabuntur, ita tamen,

ut

ut alienis quaeſtionibus reiectis, illud tantum, quod difficultatem affert, breviter explicetur, atque eiuſmodi monumentorum uſus, ac praeſtantia conſtet. Indices ad calcem dabimus, ex quibus non ſolum quaevis ſtatim reperiri Inſcriptio poſſit, ſed Hiſtoricae facultatis, Geographicae, Chronographicae, Graecaeque eruditionis omnis utillimum repertorium depromi.

Sex exinde, aut ſeptem tomis Romanae Inſcriptiones digerentur. Praeibunt quae prolixae maxime ſunt, & afferentur primum quidem uti in marmoribus, & metallis proſtant, exinde ad hoc ut legi, atque intelligi commodius poſſint, uſitato ſcribendi genere, & interpunctione adhibita. Agmen ducent priſcae leges; atque aerea Senatus Conſulta a Reipublicae temporibus nobis reliqua. Reſcripta conſequentur, Decreta, iudicialia documenta, municipalia pſephiſmata, Collegiorum acta. Quae eiuſdem Cognationis ſunt, colligentur ſimul,

atque ordinatim recenſebuntur, veluti Hoſpitales teſſerae, Honeſtae Miſſiones, aliaque id genus; quod ad perfectam earum intelligentiam mire conferet, & ad plures enodandas difficultates. Praecipuo erunt loco monumenta Hiſtorica, cuiuſmodi ſunt Conſulares Faſti, Auguſti vita ex Ancyranis lapidibus, & his ſimilia: Kalendaria quoque coniunctim exhibita, atque explicata; & Orationum antiquitus habitarum inſignia fragmenta. Ut autem quae fuſe loquuntur, congerantur omnes, ſociabuntur his, quae prolixas nominum ſeries continent; & poſtremo militares quoque laterculi, quamplurium Italiae civitatum mentione, & Conſulatuum notatione praeclari.

Claſſes ceterae ad Scaligeri ut plurimum normam conformabuntur: religioſa ſiquidem primo diſponentur marmora, ac votiva; ſubinde Imperatoria, Militaria, quae Magiſtratus, Imperiique dignitates memorant, quae artes, ac privata munera, quae

ad ſpectacula & ludos pertinent, quae ad funera, & ſuprema officia. Sed aliae quoque interſerentur ſecundariae claſſes, & ita ordinabuntur ſingulae, ut inter votivas exempli cauſſa Inſcriptiones, quae Deum Mithram ſpectant, coniunctim & conſequenter veniant, ſibique invicem lucem foenerent, ac magnam partem ſe ipſae declarent. Inter Militares ordinem a ſe conſtituent Maritimae, quarum maxima exhibebitur copia, cum pauciſſimae Gruteri aevo innoteſcerent; eorum militum ſcilicet, qui Praetoriis in claſſibus ſtipendia fecerant. Singulari cura confuſionem cavebimus, quam Gruterus in tanta tunc primum congeſta copia cavere non ſemper potuit: permiſcentur enim quandoque apud illum genera, ita ut inter aedificiorum exempli gratia titulos Milliarii lapides recenſeantur, at non recenſeantur Inſcriptiones in Arcuum fronte fulgentes; & teſſerae Hoſpitales lapidibus ad Magiſtratus pertinentibus accenſeantur; & Auguſti mo-

 num en-

numentis praecedant quandoque quae Theodoricum Regem ſpectant. Praecipuus erit labor in diſponendis ratione temporis titulis iis omnibus, a quibus Imperatorum, ac Caeſarum nomina, honores, ac dignitates recenſentur, aut memorantur: illis ſiquidem probe intellectis, atque ut intelligi debere oſtendetur, aliquot ſeculorum Chronologia incumbet in poſterum: Gruteriana collectio Inſcriptiones eiuſmodi pluries interturbat, ac pluribus locis diſpergit. Ex Fragmentis, quae potiora videbuntur, colligemus. Figlinarum ſigna, plumbei tubi, ceteraque id genus, ubi Conſules inſcribuntur, diſtribuentur in ſeriem. Epigrammata carminibus compacta in Poeſis gratiam heic quoque in unum collecta, & conſociata volumus: nobiliora praeibunt, atque elegantiora; tum rythmicis ac popularibus verſibus concinnata. Fervet adeo huiuſmodi collectionis apud pleroſque cupiditas, ut magno favore miſerum id

atque

atque ineptum tentamen olim exceptum fuerit, cui *Muſae Lapidariae* titulum Auctor indidit.

Tomo ultimo Chriſtiana monumenta tum ex lapidibus nondum editis, tum ex multis, quibus interſperſa, ac diſſipata ſunt, voluminibus colligentur. Ab iis profecto ſive ad Theologica dogmata, ſive ad rationem diſciplinae, ſive ad traditionem, ad mores ac ritus antiquorum temporum, ad ſacram Chronographiam, & ad plurium vocum Eccleſiaſticarum intelligentiam, utillima non infrequenter, ac praeclariſſima haurire eſt documenta. In claſſes ſuas has quoque Inſcriptiones diſpertiemus, quod de Chriſtianis nondum quiſquam praeſtitit. Quamplurimis ex his monumentis ſubnotabitur, haud quidem ex cuius ſchedis eruta fuerint, ſed locus, ubi marmora ſervantur ipſa, atque ubi conſuli propterea poſſunt: quod eo magis acceptum, atque utile ſperamus fore, quo conſtat, hac aeta-

te regionem, & ſedem eiuſmodi cimelia mutaſſe plus vice ſimplici.

Indices peculiari tomo addentur, magnam partem ad Scaligeri ideam elaborati, ſed a multiplicibus, qui olim irrepſerunt, erroribus caſtigati, & ad univerſalem Inſcriptionum omnium collectionem iam conformati. Eo ſtudio volumen hoc concinnabitur, & tot in eo rerum, ac verborum digerentur claſſes, ut totius antiquitatis omniumque fere diſciplinarum repertorium haberi plane poſſit. De literarum forma in marmoribus ſermo erit alicubi, & Inſcriptiones aliquot ea figura, qua in lapidibus apparent, repraeſentabuntur.

Etruſcis Inſcriptionibus in hac collectione non erit locus, cum ad diverſum omnino eruditionis genus pertineant. Pelaſgae vero, ſeu vetuſtiſſimae Latinae, admittentur quidem, cuiuſmodi illa eſt *Lerpirior Santirpior*; quae etiamſi Etruſca ad hanc diem ab omnibus habita ſit, Maffeius

ius noſter nuper Latinam oſtendit, atque in Diſſertatione *de Italis Primitivis* interpretatus eſt. Icones, anaglypha, ſtatuas huic Corpori nequaquam admiſcebimus, vel ſaltem parciſſime. Solent haec a typographis avidius arripi, atque ut librorum pretium augeatur, libentius quocumque intrudi; ſed cum praeſentis collectionis labor ab utilitatis ſcopo abſit quam longiſſime, ſataget ex adverſo Societas noſtra, ut volumina, quam minori impendio poterit conſtent. Figurae Inſcriptionibus adnexae deſcribentur verbis, cum id ad titulorum intelligentiam conducet. Ceterum Figurata Antiquitas diverſum genus a Scripta conſtituit: non eſt cur modo unum & alterum in eadem collectione permiſceantur.

Veronae anno MDCCXXXII.

APparet ex hoc Proſpectu, quam utili, quam benemerito de literaria omni Republica labori animum tunc Auctor adiecerit. Sed cum in hunc finem magnum iter ſtatim ſuſcepiſſet, accidit, ut maximæ auctoritatis viri illum in diverſas maioreſque curas impulerint, & ad Hiſtoriam Theologicam conficiendam, aliaſque eccleſiaſticas ſcriptiones elucubrandas adegerint. Cum autem in ipſo Proſpectu illos, qui ineditas, & indubias Inſcriptiones forte poſſiderent, enixe rogaſſet, ut vel earumdem exemplaria mitterent, vel typis quam primum darent, clariſſimus Muratorius, indefeſſus ſtudiorum omnium cultor, & fautor, ampliſſimam Inſcriptionum collectionem edidit, vel in mſs codicibus repertarum, vel quas noviter detectas multi ad eum tranſcriptas miſerant. Iam vero poſt hanc quoque collectionem editam univerſalis corporis adornandi commodum aperitur opportuniſſimum; quidquid enim adverſus illam dicatur, dici certe non poteſt, quam plurima, & egregia mo-

numen-

numenta in ea non contineri, & magnam ab illuſtri viro adhibitam non eſſe diligentiam, ut quæ ætate noſtra de novo inſcriptiones apparuerunt, cum illo communicarentur. Illas quidem fere omnes in promptuario ſuo Maffeius quoque ſervabat, iam enim ab annis amplius triginta & quinque clariſſimi Muratorii ſtudium ignorans, in eam curam incumbebat. Monumenta certe eius generis viginti ab hinc annis variis in locis ab eruditis vulgata, vel ipſe antea exſcripſerat, vel a doctis viris acceperat. Teſtes ſunt eiuſdem amici plures, præſertim illuſtris Seguierius, & ego ipſe, quin conſpici in quaternionibus plurimis adhuc poſſunt. Servabat ille ea omnia, ut collectionem ſuam univerſalem tot novis adiectis acceptiorem redderet: ſed quod in quam plurium editione præventus ſit, nequaquam dolet; neque enim in eo publicum bonum conſiſtit, ut vel ab uno vel ab alio primum edita ſint, ſed in generali omnium complexu, authentica veritate,

com-

commentitiarum excluſione, opportuna diſpoſitione & emendatione probatiſſima. Utinam ergo generale hoc univerſæ eruditionis armamentarium conſtrui, & adornari aliquando poſſit. Cum autem Inſcriptiones omnes, quas ipſe non exſcripſit Maffeius, in chartulis ſuis nomen præferant illorum, qui maiorem partem miſerunt, multa præclara nomina recenſere hic volo, ne debito honore fraudentur.

Aſiaticas, & orientales Egmondius Hollandus dedit, & Pater Panelius S. I. Gallus, qui de Ciſtophoris *erudite diſſeruit, & Maſſiliæ acceperat ab eo qui in Oriente exſcripſerat. Aliquas Sherardius quoque, & poſtremo Græcas ducentas ſelectas, & numquam editas obtulit Londini præſtantiſſimus Doctor Richardus Mead, quas Chiſſulius collegerat, atque ut* Aſiaticarum antiquitatum *tomum alterum exhiberet, ſervabat.*

Africanas plures Io. Ant. Corattius Piſanus exſcripſit, quas illuſtri Salvinio donaverat: alias Shaavvius Anglus,

&

& Condaminius Gallus dedere: in interiori autem Africa repertas multas continet valde eruditi Hiſpani libellus, qui exſcriptoris nomen non prodit.

Quæ ex Hiſpania afferentur, miſit Emmanuel Martinius Alonenſis Eccleſiæ Decanus. Gallicanæ ex viſu, & a Barone Bimardio proceſſere. Anglicanæ vel ex viſu, vel a Shaavvio, Gordonio, & Haimio. Hollandicas, Germanicas, Dacicas, Orvillius, Apoſtolus Zenus, Comes de Arioſtis, Garellius tradiderunt: plurimas etiam vidit Maffeius ipſe, & in chartas retulit.

Siculas, Calabras, & Neapolitanas miſerunt P. Sebaſtianus Paullius, Sebaſtianus Arnolfinius, & Pater e Societate Ieſu de Iuſtinianis. Quæ Romanum ſolum a multo tempore emiſit, Hieronymus Leonius Cenetenſis, qui etiam Liviæ ſervorum, ac libertorum titulos antequam vulgarentur, ſtatim a detectione communicavit, Franciſcus Ficoronius optime de antiquitate meritus, aliique naviter tranſmittebant. At quam multis ab hinc annis P. Cannet-

nettius, P. Bacchinius, P. Bertius, P. Caterinus Zenius, Andreinius, Bertolius Canonicus, qui deinde magno numero erudite vulgavit, Vinciolius Peruſinus, P. Maſetius Lateranenſis Abbas, eruditique alii certatim communicabant? Alia itidem poſſent afferri nomina, neque enim omnia inhæſerunt memoriæ meæ. Florentinas omnes, aliarumque quam plurium Italiæ civitatum, ac regionum ipſe exſcripſerat olim Maffeius. Quæ Romæ hodie ſervantur, ac ſuperſunt, ſex ab hinc annis exſcripſit univerſas doctus Seguierius ipſo præſente, & adiuvante Maffeio. Nec intermittunt præſtantes viri, quæ in dies deteguntur ad ipſum mittere: præcipue eximii Ricolvius, & Rivautella, qui Taurinenſes nuper erudite ediderunt; Antonius Roſchman, qui Veldidenam præterito anno e tenebris eruit, & perdocte illuſtravit; Blanconius Bononienſis, qui Auguſtæ Vindelicorum Archiatri, & philoſophi munus egregie ſuſtinet, aliique, quorum epiſtolas mihi non accidit, ut viderem.

Prae-

Digitized by Google

Praetermiſſa.

pag. *6.* ultra centum. At nondum forte inventus fuerat, qui ut inſcriptionem aliquando redimeret, tot aureos expendere non dubitaret.

pag. *29.* coacervatum ſit. Aldus nepos pluribus quidem aliis titulis ſuſpiciendus, ſed *notarum veterum explanationem* XVIII aetatis ſuae anno confecit.

pag. 15. *literas inſcripſit*. Solemnis formula L. D. D. D. in Graeca epigraphe ſic affertur: τȣ͂ τόπȣ δοθέντος ὑπὸ τῆς λαμπροτάτης βουλῆς· *in Palaeogr. p. 158.*

pag. 44. inſcribitur. Verum ſiglas

pag. *60.* varie effertur.

ΛΟ· in fragmento Inſcriptionis a Noriſio allatae in Epiſtola Conſulari. Λούκιος·

pag. *61.* MAPK. λαμπροτάτȣ Φλαουίου Μαρκέλλου· *perilluſtris.*

pag. *68.* diutius a me in Regio Taurinenſi archivo verſata, & raro permiſſa, atque a pauciſſimis conſulta, ac viſa, maniſeſto &c.

pag.

pag. *69* Conſul proceſſerat; ſed Pompeiano noſtro ultro & ſine teſte Relandus quoque Civicae nomen tribuit in Faſtis ſuis: nam ex legibus quas laudat nulla ſic eum appellat. Cur autem Civicae loco Aurelii, & Claudii, &c.

pag. 80. *Medma*, aut *Medama*

pag. *91*. Deleatur, *Ubi vides* &c.

FINIS.

A01445806

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBL
Vitt
L